CLAVIS

HUMANIORUM LITTERARUM

SUBLIMIORIS TAMULICI IDIOMATIS



AUCTORE

R. P. CONSTANTIO JOSEPHO BESCHIO
SOCIETATIS JESU,
IN MADURENSI REGNO MISSIONARIO.

TRANQUEBAR
PRINTED FOR A. BURNELL
BY THE EVANGELICAL LUTHERAN MISSION PRESS.
1876.

PREFACE.

BESCHI'S *Treatise* on the so-called *High Tamil* and on *Tamil Poetry* and *Rhetoric* is here printed for the first time from a Manuscript corrected by the Author himself. The Rev. C. **Ihlefeld** has undertaken the very laborious task of editing it precisely as it stands in the Manuscript, for corrections could hardly be allowed in this case. The Tamil Quotations have been carefully revised according to the Text given in *Beschi's* தொன்னூல்.

This Manuscript was purchased on the sale of **Dr. Babington's** Library, and he got it from Mr **F. W. Ellis** who had a search made, about the beginning of this Century, for Beschi's Manuscripts.

The Tranquebar Mission Press which printed the first edition of *Beschi's Kodun-Tamil Grammar* in 1738, now publishes the first Edition of his more important work.

TANJORE, 1876.

A. B.

INDEX.

CAPUT III.

DE VERBO.

CAPUT IV

இடைச்சொல்.

CAPUT V

PARS III

CAPUT I

PARS IV.

CAPUT I



PARS PRIMA.

எழுத்ததிகாரம்.

Licet in vulgari Gramatica cap 1 plura de literis Tamulicis praeceperim, nonnulla hic repetere ac plura hujus dialectus propria addere censui De his fuse praecepta tradit liber நன்னூல் dictus. In hoc பஞ்சவிலக்கணம் se daturum promittit auctor, sed morte, ut ajunt, correptus, literas tantum ac voces sane amplo volumine dedit Et haec tandem tota est scientia libelli நன்னூல், quam adeo exaltant ac suspicantur Tamulenses Est ars, ubi Ortographia et Syntaxis docetur Vix tamen aliquos inveneris, qui eam a limite salutaverint, et doctissimi censentur, qui ad ejus calicem pervenerint

CAPUT I.
DE DIVISIONE LITERARUM

§ 1

DUPLEX LITERARUM CLASSIS.

In duas classes dividunt literas, in Principales et in Adhaerentes முதலெழுத்து - சார்பெழுத்து Ex his முதலெழுத்து sunt 30 scil vocales 12 et consonantes 18, e quibus Lingua Grandonica, quae dicitur வடமொழி, Lingua Borealis, non habet duas vocales breves, எ et ஒ, nec tres consonantes — ற, ழ, ன Caetera 25 literae Grandonicis et Tamulicis communes sunt.

2 Praeterea vocales dividuntur in quinque breves — அ, இ, உ, எ, ஒ et septem longas — ஆ, ஈ, ஊ, ஏ, ஐ, ஓ, ஔ. Item consonantes dividuntur in tres classes மூவினம் 1. வல்லினம், Asperae — க, ச, ட, த, ப, ற, — 2 மெல்லினம், Tenues, — ங, ஞ, ண, ந, ம, ன — 3. இடையினம், Mediae, ய, ர, ல, வ, ழ, ள .

3 Literae adhaerentes, சார்பெழுத்து dictae, sunt decem உயிர்மெய், id est, syllabae, ஆய்தம், quae sic scribitur ஃ et pronunciatur fere ut g consonans valde gutturale De hac autem litera dicam inferius. Insuper sex literae abbreviatae இ, உ, ஐ, ஔ, ம, ஃ Tandem duo அளபு, id est உயிரளபெடை et ஒற்றளபெடை, extensio, scilicet vocalis et consonantis, quae omnia cap seq explicabo. Ex his autem decem Sanscritani duas tantum habent உயிர்மெய் et உயிரளபெடை.

§ 2

De Nomine, quo Literae dividuntur

4 Quatuor nominum genera literis attribuunt 1. இடுகுறிப்பொதுப்பெயர் — nomen commune ex placito Sic vocantur vocales, consonantes, syllabae etc 2 இடுகுறிச்சிறப்புப்பெயர் — nomen particulare ex placito Sic dicimus ஆ, அ, க, ச etc 3 காரணப்பொதுப் பெயர் — nomen commune ex causa Sic dicuntur breves, longae, asperae, tenues etc 4 காரணச்சிறப்புப் பெயர் — nomen particulare ex causa Sic, குற்றியலிகரம், குற்றியலுகரம் etc i abbreviatum, u abbreviatum etc Sic in hac voce நாகு ultima syllaba 1 nomine dicitur உயிர்மெய், 2 nomine கு, 3 nomine குற்றெழுத்து — brevis — 4 nomine குற்றியலுகரம், u abbreviatum

எழுத்ததிகாரம்.

CAPUT II.

DE ABBREVATIONE EXTENSIONEQUE LITERARUM

§ 1.

குறுக்கம். ABBREVIATIO.

5 Hic sciendum Tamulenses singulis literis mensuram temporis assignare, quam — மாத்திரை — vocant, eam autem esse dicunt spatium temporis, quod insumitur in uno ictu oculorum vel digitorum Ex hac vero mensura 1 quartam partem dant literis ம et ஃ, si abbreviatae sint, 2 mediam partem dant consonantibus, literae ஃ et இ et உ abbreviatis; 3 dant unam mensuram brevibus, item ஐ et ஔ abbreviatis et consonantibus extensis, 4 duas mensuras dant longis et tres longis extensis, de quibus infra loquar Ex his, scias in versu ubi opus sit, literas இ et உ abbreviatas posse non considerari, ut non numerantur consonantes, pariter scias consonantem extensam sumi posse ut syllabam brevem, et tandem longas extensas posse sumi ut longam et brevem, quod inferius patebit

6 Sex literae, ut supra dictum est, abbreviantur, scil ஆய்தம், இ, உ, ஐ, ஔ, ம, de quibus singillatim dicam

7 Abbreviatio literae ஆய்தம Haec dicitur etiam அஃகேன et est quae vulgo post vocales nominatur 1 Haec nec inter vocales, nec inter consonantes numeratur, consonantis tamen vim habet, unde ea interposita, in metro brevis fit longa Sic அது dici potest அஃது et tunc prima metro longa censetur, ex regula etiam Tamulensibus communi, si consona bina sequatur 2. Nunquam unitur vocali, nec initialis seu finalis esse potest 3 Semper venit post brevem et ante

unam ex asperis unitam vocali, sic ஆஃகல, வெஃகல், எஃகு etc 4 Si monosyllabon breve desinat per ல vel ள et sequatur த, ut dicam No 19, scribitur simplex ற — vel ட et huic anteponitur ஆயதம Sic கலதீது — கஃறீது et முளதீது — முஃடீது etc. et tunc est ஆயதககுறுககம், Aydam abbreviatum et quartam tantum supra dictae mensurae partem habet

8. குறறியலிகரம Abbreviatio literae இ Voces, quae per ய incipiunt, assumere in principio possunt இ: sic யாழ — இயாழ, யகி — இயகி, யமன — இயமன, யூகம — இயூகம etc Quando autem ab hoc இ eliditur உ praecedens, quod sit குறறியலுகரம, de quo infra, tunc இ vocatar குறறியலிகரம, i abbreviatum Sic pro கொடடு யானை, மாடு யாது fit கொடடியானை, மாடியாது etc et tunc இ habet dimidium tantum supra dictae mensurae, unde si metro opus sit, non consideratur in versu Sic in வெணபா post pedem விளம dictum, debet sequi நேரசை, et tamen post கூழவினி, id est கருவிளம, sequitur இயாழ, quod si considerarctur இ, esset நிரையசை, unde eo non considerato remanet யாழ நேரசை Pro quo videnda sunt, quae dicimus P IV, cap I Pariter est interjectio மியா, quae inservit pro secunda persona Sic pro கேள, கேணமியா, pro சொல, சொனமியா etc; in ea autem இ est abbreviatum, unde மியா sumi potest ut unica syllaba longa

9. குறறியலுகரம Abbreviatio literae உ Pro quo 1. உ tantum finale et unitum uni ex asperis, ut கு, சு, டு, து, பு, று, potest sic abbreviari: attamen si ante tale உ sit una simplex brevis, nulla interposita consonanti, non abbreviatur Sic வெகு, பசு, நடு, மது, மறு etc unde nec eliditur a sequenti vocali Sic வெகுவரிது, பசுவகன றது, நடுவறை, மதுவுணடான, மறுவிலை etc 2 Si autem praecedat vel longa vel brevis cum consonanti, seu ஆயதம, vel plures syllabae, tunc உ abbreviatur et dicitur குறறியலுகரம Sic ஆறு, நாடு, விதது, பஞசு, எஃகு,

அஃது, உலகு, கபடு, etc. et tunc semper eliditur a sequenti vocali. அஃதிலலை, உலகிலலை, எஃகுண்டு, கபடிலலை etc 3 Si உ finale unitum sit literae alii ab asperis, ex gr வ, ut அறிவு, அவாவு, தீவு, தேயவு etc non est abbreviatum, sed integrum et dicitur முற்றுகரம் Semper tamen etiam hoc modo eliditur a sequenti vocali Sic அறிவிலலை, தீவது, தேயவுணடு etc.

10 ஐகாரக்குறுக்கம். Abbreviatio diphtongi ஐ. Haec in monosyllabo nunquam abbreviatur: in disyllabo et polysyllabo semper abbreviatur, tum in initio, tum in medio et fine Sic கை, தை, மை non abbreviatur, கைமை, உடைமை abbreviatur

11 ஔகாரக்குறுக்கம Abbreviatio diphtongi ஔ. Haec non venit, nisi in initio alicujus dictionis, et ibi semper abbreviatur Sic ஔவியம, கௌவை etc

12 மகரக்குறுக்கம Abbreviatio literae ம, quando est consonans 1 Consonantes ல, ள, ut infra dicam, ante ம mutantur in ன et ண et tunc sequens ம abbreviatur Sic pro போலும eliso உ fit போனம et pro மருளும fit மருணம Sic in fine cujusdam வெணபா dicitur மயிலியன மாது மருணம, id est species mulieris cum pavonis specie aequivocatur et si diceret மருளும, versus metro erratus esset 2. Si post finalem consonantem ம veniat வ, tunc quoque ம abbreviatur Sic கமலமவிரிநதது, மரம வளரநதது etc

§ 2.

De Extensione Literarum. அளபெடை.

13. அளபு seu அளபெடை est extensio tum sonus, tum mensurae. Sic autem extendi possunt et vocales et consonantes Et 1 உயிரளபெடை extensio vocalium. Vocales omnes longae, et non breves, in principio, medio ac fine dictionis extendi possunt, etiam in soluta oratione: in signum autem extensionis additur cum sua forma initiali vocalis brevis correspondens Correspon-

dent autem ஆ cum அ, ஈ cum இ, ஊ cum உ, ஏ cum எ, ஐ cum இ ஒ cum ஒ et ஔ cum உ Sic pro வாகை — வாஅகை, pro ஈகை — ஈஇகை Sic பூஉககம, வேஎள, வைஇ தோஒரை, மௌஉவி etc Unde cum ஆ sit interjectio dolentis, seu admirantis, per அளபெடை scribitur ஆ அ Cum autem vocales sic extenduntur, in metro, si opus sit, ut duae syllabae considerantur Sic குறள: கறறதனாலாய பயனெனகொல வாலறிவனறறாடொழா அரெனின Id est: Quid didicisse prodest, si sapientissimum i e Deum, non adorant, dixit திருவளளுவன, idolatra, nec veri Dei cultor Ibi autem தொழா அர debet sumi ut trisyllabon, ne versus metro deficiat

14 ஒற்றளபெடை Extensio consonantis. Sex tenues ங, ஞ, ண, ந, ம, ன, et quatuor mediae ய, ல, வ, ள, item ஃ ஆயதம, hae omnes, et solae in versu tantum, possunt extendi, et tunc duplicantur, et hoc tum in medio, tum in fine dictionis, et semper post unam aut plures syllabas breves, et nunquam post longas. Sic pro அமபு — அமமபு, pro மஞசு — மஞஞசு, pro பநது பநநது etc in medio post unam brevem Sic pro முரணடு — முரணணடு, pro குரலகள — குரலலகள etc in medio post plures breves Sic pro தமபடை — தமமபடை, pro செஙகை — செஙஙகை, pro திரள சேனை — திரளள சேனை, pro அகல விளககு — அகலல விளககு etc. in fine post unam et plures breves Sic pro எஃகு — எஃஃகு, pro வரஃகு — வரஃஃகு Sic autem extensae possunt considerari in versu, ut syllaba brevis Sic எஃஃகிலங கிய கையராயினனுயிரவெஃஃகுவார[illegible]லை வீடு Hic bis extensa litera ஃ semper debet considerari, ut metro non deficiat versus, quem sic scandere debemus எஃஃ — கிலஙகிய — கையரா — யினனுயிர — வெஃஃகு — வார்க கிலலை — வீடு, ubi எஃஃ est tanquam metro longa et brevis et வெஃஃகு tanquam metro longa et duae breves, ut patebit, si regulas வெணபா proprias consideremus, de quibus P IV N 17.

CAPUT III.
DE MUTATIONE LITERARUM

15. In concursu duarum vocum saepe fit literarum mutatio, quae quadruplex est 1. திரிபு, mutatio unius literae in aliam 2 அழிவு, omissio seu abolitio unius literae 3. ஆக்கம், additio alterius literae. 4. திரட்டு confusio literarum inter se, quando abjectis duabus literis additur tertia diversa Hae quatuor mutationes, eodem ordine a Sanscritanis dicuntur — ஆதேசம், லோபம், ஆகமம், சங்கிரகம் Antequam tamen ad harum explanationem procedam, sciendum Tamulenses saepe uti forma recti pro obliquo Sic pro கல்லை யெறிந்தான் — கல்லெறிந்தான், pro கல்லாலாய வீடு — கல்வீடு etc et tunc vocatur வேற்றுமைப் பொருள், quasi re obliquum Casus enim nominis vocantur வேற்றுமை Quando vero nomen et re et forma venit in recto, vocatur — அல்வழிப்பொருள் Sic கல்லிது — கல் பெரிது etc, ubi கல் et forma et re venit in recto Hanc distinctionem in sequentibus praeceptis sequar, quae propterea diligenter observanda est.

16 Quare 1 ம் finale, ut et in vulgari dixi, ante க, ச, த mutatur in ங், ஞ், ந் et ante ந deperditur, si vox terminans per ம் non sit monosyllaba brevis· மனங் கலந்து, தாங்கட்டார் Si vero illa vox sit monosyllaba brevis, ம் mutatur in ந் Sic ex வெம் et நீர் fit வெந்நீர். Sic செந்நெல் etc Eodem modo ம் finale ante ம initiale in monosyllabo brevi duplicatur, in aliis unum deperditur: தம்மக்கள், செம்மண் etc Sic தாமைவர், மனமகிழ்ந்தது, கமலமலர்ந்தது etc

17 ண் et ன் in fine has patiuntur mutationes. 1. Si vox, desinens in ண் vel ன், sit அல்வழிப்பொருள், id est, re et forma veniat in recto, sequentibus asperis, nulla fit mutatio, nisi sit த, quod mutatur post ண் in

ட et post ன் in ற. Sic மண் கடிது, கண் சிறிது, பொன் பெரிது, மின் சிறிது etc.; et கண்டிறந்தது, மின்றெளிந்தது etc. 2. Si vox sit வேற்றுமைப் பொருள், id est, forma quidem veniat in recto, sed re in obliquo, ante asperas mutatur - ண in ட et ன in ற et, si veniat த, hoc quoque in ட vel ற mutatur. Sic pro மண்குடம், id est, மண்ணாலாயகுடம் fit மட்குடம். Sic மட்சாடி, மட்டாழி, மட்பானை. Sic ex பொன் fit பொற்குடம், பொற்சாடி, பொற்றாழி, பொற்பானை etc. 3. Post ண் vel ன் sequenti ந initiale, si prima vox sit monosyllaba brevis, ந mutatur respective in ண seu ன. Sic கண்ணெடிது, கண்ணிமை. Sic மின்னெடிது, மின்னிறம் etc. Si vero prima vox vel sit longa, vel non monosyllaba, tunc sequens ந deperditur. Sic ex கோன் et நல்லன் fit கோனல்லன் et கோனலம். Sic கலணெடிது, கலனெடிது, மகனல்லன், மகனலம் etc.

18. Appendix hujus regulae. Ad 1. தேன் vel re veniat in recto, vel in obliquo, sequente quacunque consonanti, ejus ன potest immutatum remanere. Sic தேன் கடிது in recto, et தேன் கடுமை in obliquo etc. vel sequente aspera, deperdito ன, vel duplicatur illa aspera, vel additur tenuis illi conformis. Sic pro தேன் குடம் fit தேக்குடம் seu தேங்குடம் etc. Si autem sequatur tenuis, deperditur tantum ன. Sic pro தேன்மொழி fit தேமொழி; தேமாண்டது etc.

2. Vocibus மின் et பின் addi potest உ et dici மின்னு, பின்னு et tunc si sequatur aspera, duplicatur. Sic மின்னுக்கடிது, பின்னுக்கடிது in recto et மின்னுக்கடுமை, பின்னுக்கடுமை in obliquo etc.

3. Ex தன் et என் ante asperas vel ன் non mutatur, vel mutatur in ற. Sic தன் பகை, என் பகை vel தற்பகை, எற்பகை etc. Sed நின் a நீய nunquam mutatur.

4. ன் in உளன் et குயின். Licet veniat re in obliquo et sequatur aspera, non mutatur. Sic உளன் கடுமை, குயின் குழாம் etc. Sed si sequatur த, hoc mutatur in ற. Sic உளன்றிறன், குயின்றிரள் etc.

5. Tandem vox எகின் praeter duas arborum species significat cisnum, cervum, capram கவரி dictam, et canem aquati-

cum: quando autem significat, non arbores, sed unum ex illis quatuor animalibus, vel re veniat in recto, vel in obliquo, sequente quacumque consonanti, vel nulla fit mutatio, sic எகின பெரிது, எகின கால etc, seu additur அ, sic எகின வழக்கு, எகின மரபு etc. Si autem tunc sequatur aspera, vel haec duplicatur, vel interponitur tenuis correspondens Sic எகினக்கால seu எகினங்கால், எகினப்பெரிது seu எகினம்பெரிது, எகினச்சிறிது seu எகினஞ்சிறிது; எகினத்தலை seu எகினந்தலை etc

19 ல, ள, plures patiuntur mutationes Et 1. si vox desinens per ல seu ள veniat et forma et re in recto, sequenti aspera, vel non mutatur, vel ல mutatur in ற et ள in ட Sic கல பெரிது — கறபெரிது, விரல சிறிது — விரறசிறிது, வாள கொடிது — வாடகொடிது, துகள பெரிது — துகட்பெரிது etc. Si autem sequatur ex asperis த, tunc, si dictio praecedens non sit monosyllaba brevis, ல et ள seu non mutantur, seu pro ல et ள et த sequenti scribitur simplex ற seu ட Sic பொருத்தல தலை seu பொருத்தறலை, அவள தந்தாள seu அவடந்தாள etc Si vero prima vox sit monosyllaba brevis, tunc scribitur simplex ற seu ட, sed his anteponitur ஃ Sic கலதீது seu கஃறீது, முளதீது seu முஃடீது, பல தொடை seu பஃறொடை 2 Si nomen desinens in ல seu ள veniat re in obliquo, sequente aspera, semper mutantur in ற seu ட Sic கறபுறம, விரறசுறறு, முடசெடி, வாடகூரமை Et si ex asperis sequatur த, haec quoque mutatur in ற seu ட, seu omnino deperditur Sic நாறறலை seu நாறலை, கடறறிரை seu கடறிரை, வாடடிறல seu வாடிறல, அவடடாய seu அவடாய 3 Nomen desinens in ல seu ள, seu re veniat in obliquo vel in recto, si sequatur tenuis, fit ex ல — ன et ex ள — ண Sic புனமுளைத்தது, கனமலை; sic முணமுரிந்தது, முணமுடி Sed si inter tenues veniat ந, haec mutatur in ன seu ண, si praecedens vox sit monosyllaba brevis, sed deperditur, si sit alia a monosyllaba brevi Sic ex கல நெஞ்சு fit கன்னெஞ்சு, ex முள நிலம — முண்ணிலம. At ex நால நுனி fit நானுனி, ex வாள நுனி — வாணுனி. quia

2

monosyllabon longum Sic ex விரல நீளம் — விரநீளம் et விரநீணடது, ex இருள நிலம — இருணிலம et இருணீங்கினது, quia polysyllabon.

20 De mutatione literae ஐ In principio et medio dictionis ante ச, ஞ, ய inter se aequivalent அ et ஐ, unde promiscue scribi possunt பசல — பைசல, மஞசு — மைஞசு, ஐயன — அய்யன; hic mutatur in principio Item அரசு — அரைசு, முரஞசு — முரைஞசு, அரயர் — அரையர் in medio

21 De குற்றியலுகரம் Nomina quaedam, praecipue quae tempus important, desinentia per உ abbreviatum, ut ஆண்டு, annus, இன்று, hodie, si usurpentur ut adjectiva, seu ut appellativa, mutant உ in ஐ, seu etiam praecedens tenuis mutatur in asperam correspondentem; sic ஆண்டை seu ஆட்டை; sic இன்றை seu இற்றை Sic etiam ab ஒன்று — ஒற்றை, ab இரண்டு — இரட்டை Sic மூவாட்டை நெல்லு oriza triennalis i e a tribus annis collecta. இற்றைப்புலவர் poetae hodierni i e hujus temporis இற்றைவரைக்கும் usque modo Sic ஒற்றைக்கொம்பன், unicornis Sic vocatur idolum பிள்ளையார் dictum, இரட்டைப்பிள்ளை gemini etc et haec adjective sumpta Ut autem appellativa sunt மூவாட்டையாள், puella triennis, sic a மற்று — மற்றையவர் caeteri .a பண்டு — பண்டையான் antiquus dierum

22 தெவ் i e பகை re veniat in recto vel in obliquo, si sequatur aspera, addit உ et aspera duplicatur Sic தெவ்வுக்கடிது, தெவ்வுக்கொடுமை Sed si sequatur ம, haec duplicatur et deperditur வ் Sic non தெவ்வுமன்னர், sed தெம்மன்னர், sic தெம்முனை etc

23. Nomen desinens in ய், ர், ழ Si re veniat in recto, nulla fit mutatio Sic நாய் கொடிது, போர் பெரிது, வீழ் சிறிது. Si autem veniat ut adjectivum, duplicatur

aspera sequens Sic பொய்ச் செல்வம். felicitas falsa, கார்ப்பருவம், tempus pluvium, பாழ்க்கொல்லை, ager incultus Tandem si illud nomen veniat re in obliquo, sequente aspera, vel illa duplicatur vel interponitur tenuis correspondens Sic வேய்க்குறை seu வேய்ங்குறை, frustum cannae Bambu dictae, வேர்க்குறை seu வேர்ங்குறை frustum radicis, வீழ்க்குறை seu வீழ்ங்குறை frustum radicis pendulae விழுது dictae

24 சில, பல plures patiuntur mutationes. 1. Si enim duplicantur, dici potest பலபல, சிலசில seu பலப்பல — சிலச்சில seu பல்லபல — சில்லசில seu பற்பல — சிற்சில: aliquando பலாம் et சிலாம் 2 Si uniantur alii nomini, dicitur v g பலகலை seu பற்கலை, பல நாள் seu பன்னாள், பல மணி seu பன்மணி, பல அணி seu பலவணி Si tamen sequatur த, tunc vel scribitur பல, vel fit mutatio dicta Nr 19 in fine: sic பலதீது vel பஃறீது, பல தொடை vel பஃறொடை Idem dicendum de சில.

25 Nomen ஆ et மா veniens et re forma in recto, item interjectio மியா, de qua Nr. 8 in fine, et vox verbi negativi tertiae personae sing neut ut pro செய்யாது — செய்யா, pro போகாது — போகா, haec omnia non duplicant nec asperam, si sequatur; sic ஆ கறந்தன, மா பாய்ந்தன, ஆ சிறிய, மா பெரிய, sic கேண்மியா கோதாய, சொன்மியா பாவாய; sic இளைக்கின்று குதிரை; அடலோடா காலனொடுந்தா Caetera autem nomina in ஆ etiam sensu recti duplicant asperam sequentem. Sic புறாப்பறப்பன, கடாக்கிடப்பன. Sic partic neg. in ஆ duplicat ஓடாக் குதிரையுமுழாக் காளையுமாகா

26. Appendix In versu aliquot nomina in ஆ possunt hoc mutare in அ vel etiam addere உ, sic v g. சுறா — நிலா dici potest சுற seu சுறவு; நில seu நிலவு. Sic புறா, புற, புறவு: quae regula non est universalis; usum sequi debemus.

27 Haec vox தமிழ், quando re venit in obliquo, potest addere vel non அ; sic தமிழக் கூத்து, தமிழ்க் கூத்து, தமிழ் சொல் seu தமிழச்சொல் Semper tamen duplicat asperam sequentem

28 Monosyllabon ஐ et monosyllabon breve desinens per ம, re veniat vel in recto, vel in obliquo, duplicat tenuem sequentem Sic கைம்மாயிறது, கைம்மாறது, கைந்நீண்டது, கைந்நீட்சி Sic மெய்ம்மித்துக்கும, மெய்ம்மாட்சி, பொய்ந்நிலா, பொய்ந்நிலை

29 Si monosyllabon breve desinat per consonantem et sequatur vocalis, semper illa consonans duplicatur Sic கண்ணது, கம்மிது, பொன்னெளிது, மெய்யினிது, கல்லரிது, தெவ்வொழிந்தது, புள்ளடைந்தன

30 Mutationes, huc usque allatae, fiunt ex concursu unius dictionis cum alia: hic referam mutationes literarum per se Novem autem sunt 1 வலித்தல், pro tenui asperam supponere, sic pro வாயந்தது — வாயத்தது 2 மெலித்தல், pro aspera tenuem, sic pro தட்டை — தண்டை 3 நீட்டல், pro brevi ponere longam; sic pro நிழல — நீழல 4 குறுக்கல், pro longa brevem; sic pro பாதம — பதம 5 விரித்தல், extensio, additio; sic pro தெண் — தெண்மை 6 தொகுத்தல், syncope, compendium; sic pro வெண்டாதார — வெண்டார் 7 குறைத்தல், abscisio unius literae seu syllabae in principio, in medio vel fine Sic pro தாமரை — மரை; pro யாவர — யார்; pro நீலம், நீல. In omnibus tamen usum inquirere et sequi debemus

31. சங்கிரதம seu திரட்சி, commixtio duarum literarum in unam diversam, quae est quarta mutationum species: ut 1. Nr 15 eaque plerumque fit in vocibus sanscritanis, quando scilicet ex duabus fit una dictio, quarum prima desinit et secunda incipit per voca-

lem, tunc deperditur finalis primae vocis et mutatur initialis secundae hoc modo: 1 Si sequens initialis sit அ, fit ஆ; sic ex சல et அசலம் fit சலாசலம்; ex பஞ்ச et அங்கம் fit பஞ்சாங்கம்; ex கருணை et அம்பரம் fit கருணாம்பரம் 2 Si sequens initialis sit இ vel ஈ fit ஏ longum Sic ex தேவ et இந்திரன் — தேவேந்திரன்; ex சருவ et ஈசுரன் fit சருவேசுரன் 3. Si sequens initialis sit உ, fit ஓ longum; sic ex சுத்த et உதகம் fit சுத்தோதகம்; ex மகா et உதரம் — மகோதரம்; ex சந்திர et உதையம் — சந்திரோதையம்

32. Et haec de quadruplici literarum mutatione Addam appendicem, quoad quatuor mundi cardines Hi dicuntur குணக்கு oriens, குடக்கு occidens, வடக்கு septentrio, தெற்கு meridies Ex his adjectiva sunt குண, குட, வட, தென Ut autem dicam, quod est ad orientem, occidentem etc additur அது et juxta praecedentem regulam ad 1 ex duplici அ fit ஆ; sic ex குண et அது fit குணாது; sic fit குடா et licet தென non habeat அ in fine, invaluit tamen usus dicendi தெனாது.

33 Praeter has mutationum regulas antiqui scriptores aliis usi sunt mutationibus, de quibus nulla est regula quas tamen inoffenso pede sequi licet Sic pro இல் முன், ante domum, முன்றில், pro வேட்கை நீர் — வேணீர்; pro பின் — பின்னை, pro பொதுவில் — பொதியில், pro கோவில் — கோயில்; pro அருமருந்தன்னான் — அருமருந்தான்; pro கிழங்கன்ன பழஞ்சோறு — கிழங்கம் பழஞ்சோறு; pro சோழநாடு — சோணாடு; pro பாண்டியநாடு — பண்டிநாடு; pro மலையமானாடு — மலாடு; pro தஞ்சாவூர் — தஞ்சை; pro பனையூர் — பஞ்சை; pro செந்தமங்கலம் — செந்தை; pro ஆறூர் — ஆறை; pro ஆதன்றந்தை — ஆந்தை; pro பூதன்றந்தை — பூந்தை; pro வடுகன்றந்தை — வடுகந்தை Sic pro என், உன், முன், தன் — எந்தை, உந்தை, முந்தை, தந்தை et similia quam plura, quae in codicibus observari possunt

FINIS PARTIS PRIMAE

PARS SECUNDA.

சொல்லதிகாரம்.

E literis formantur voces; de his fuse tractat liber supra relatus எழுத்து dictus Voces in quatuor divid-unt classes quas ipsi nominant — பெயர், வினை, இடை, உரி scilicet. Nomen, Verbum, Particulae, Adverbia Seorsim de his per quatuor capita agemus, quibus praefigere placet caput unum ad notionem quorundam terminorum ubi de vocibus in genere loquemur Adeoque 5 capitibus constabit haec secunda pars, quam omnes diligenter perscrutari debent; nisi enim quis bene noverit, quae hic dicuntur, impossibile erit, quae apud auctores leget, intelligere.

CAPUT I.
DE VOCIBUS IN GENERE

1 இயற்சொல Grand ருடடியாரகம, quasi vox naturalis, dicitur vox univoca, quae simplex est et unicam admittit significationem. Sic: அவன், அவள், மகன், பொன், மணி etc; sic நிலம், மலை, யாது, கடல; sic இன்று, நாளை, பண்டு, மேல; sic கலை, முகம, கொமபு, மலா; sic வட்டம, சதுரம, செமமை, வெண்மை; sic ஆடல, பாடல, நிற்றல, நீங்கல, quae omnia sunt பெயரியற்சொல் deducta, ut ipsi solent, a பொருள, இடம, காலம, சினை, குணம, தொழில, ut consideranti patebit Sic in verbis உறங்குகின்றன், நின்றன, போனான் sunt வினையியற்சொல.

2 திரிசொல், quasi vox aequivoca, quam Grandonice dicunt பொருநாதம், quasi plurium significationum vox et proprie est vox quae plura significat Sic ஓடை est quidam elephantis ornatus in fronte, et quaedam arbor et stagnum etc Attamen dicuntur திரிசொல் voces quae non propriae sed synonimae sunt, ut மலை mons, vox propria, sed வெற்பு, விலங்கல், விண்டு, அடுக்கல், பொறை, வரை, குன்று etc ejus synonima, quae plerumque alia quoque significant

3 ஒருமொழி, தொடர்மொழி, பொதுமொழி, tres vocum classes, quarum prima ஒருமொழி est vox simplex, non composita; sic நம்பி, நங்கை, நிலம், நீர்; sic வந்தான், போனான், at non தண்ணீர், வெந்நீர், quia composita 2. தொடர்மொழி est vox composita ex pluribus; sic பூணைமாப்பள், செந்தாமரை, கருங்குருகு etc உண்டுவந்தான், காமனேரா, நனிமங்கை 3. பொதுமொழி est vox, quae et ut simplex significat unum et ut composita aliud denotat Sic வேங்கை ut simplex est tigris, seu quaedam arbor, et ut composita ex வே pro வேகும் et கை est manus ardens Sic தாமரை ut simplex est quidam flos aquaticus, et ut composita ex தா, a தாவுதல் et மரை, est quoddam animal insiliens Sic எழுந்திருந்தான் potest sumi ut simplex எழுந்தான் et ut composita, ita ut prius surgens postea sedit

4 பகாப்பதம் vox indivisibilis a பகுத்தல் dividere Est autem vox, quae vel significat ita unum, quid, ut si dividatur, nihil significet sic மலை, நிலம், கை, நனி, வா, போ et caeterae voces imperativi, vel etiamsi per se possit habere sensum divisibilem, tamen ex arbitrio loquentis significat sensum simplicem Sic கறுப்பன் potest significare hominem nigrum, et sic non est பகாப்பதம்; sed ex arbitrio sumitur quoque pro nomine, quo quis vocatur, ut Petrus, Paulus Sic vir dictus கறுப்பன் et tunc est பகாப்பதம் Sic சிலம்பி ut

nomen appellativum alicujus mulieris est பகாப்பதம், non autem si sumatur, ut dicam mulierem in monte natam.

5 பகுபதம், vox, quae, cum una sit, simul plura significat. Hinc distinguitur a திரிசொல், cum haec vox non significat plura simul, sed seorsim. Distinguitur a தொடர்மொழி, quia, licet plura simul significet, non est una tantum vox. Quare verbum v. g tempus importans, est பகுபதம்; sic ஆடினான், quia importat et officium saltandi et simul tempus praeteritum; sic பாடுவான், quia una voce simul explicat officium cantandi et tempus futurum Nomina autem, quae appellant unum ex his sex பொருள், இடம், காலம், சினை, குணம், தொழில் sunt பகுபதம் Sic வில்லினன், arcitenens. quia simul denotat arcum et qui tenet arcum Sic வெற்பன், montanus, பண்டையான் antiquus, குருடன், caecus, நெடியன், procerus, வாணிகன், mercator Omnia sunt பகுபதம், quia vel locum, vel tempus, vel membrum corporis, vel qualitatem, vel officium simul important et eum, qui ea habet vel exercet Quae tamen infra fusius explicabo

6. ஆகுபெயர் est vox figurata, quae ad synecdochen, metonymiam vel metaphoram reducitur. et fusius dicemus ubi de Tropis et Figuris P V Quinque autem numerant classes vocis ஆகுபெயர் dictae. 1 Quando venit pars pro toto. 2 Totum pro parte et est synecdoche. 3 Quando venit causa pro effectu. 4. Effectus pro causa et est metonymia. 5 Quando proprietas unius rei alteri applicatur et est metaphora, sic பூநிழற்சோலை, ubi flos, i e pars, venit pro toto i e arbore et dicitur சினையாகுபெயர் Sic புளியைத்தின்றான், ubi venit totum pro parte i e. arbor pro ejus fructu et est முதலாகுபெயர் Sic ஞாயிறு பட மலர்ந்த தாமரை, ubi venit sol pro radio i. e causa pro effectu —

காரணவாகுபெயர் Sic ஒளியெழுந்தது, lux pro sole, effectus pro causa காரியவாகுபெயர். Sic tandem குவளை நோக்கின, முல்லை நகைத்தன, ubi aspicere et videre, quae sunt proprietates hominum, aptantur per metaphoram floribus, unde est பண்பாகுபெயர்

7 திணை et பால் ad genera spectant Ex his திணை duplex est, உயர்திணை et அஃறிணை, quasi genus sublime et genus infimum Deos, homines et quos ipsi vocant நரகர், nec sunt daemones, dicunt esse உயர்திணை Caetera omnia, vel animata, vel non, esse அஃறிணை Insuper subdividunt haec duo genera in quinque — பால், scilicet ஆண்பால், genus masculinum, பெண்பால் genus femininum, quae sunt உயர்திணையொருமை in numero singulari; utrumque autem உயர்திணைப்பன்மை in plurali dicitur பலர்பால், sic வந்தான், வந்தாள், வந்தார் Praeterea அஃறிணையொருமை, neutrum singulare, est ஒன்றன்பால், வந்தது, et அஃறிணைப்பன்மை neutr plur பலவின்பால் — வந்தன.

8 இடம்; hic sunt tres personae மூவிடம் Ex his prima தன்மை 2 முன்னிலை 3 படர்க்கை Sanscritam autem has tres personas vocant — உத்தம புருடன், மத்திம புருடன், பிரதம புருடன்

9 சாரியை, adjectiones, sunt quaedam literae, quae adduntur in declinatione nominum, in conjugatione verborum, in concursu duarum vocum, in compositione vocis தொடர்மொழி vel பகுபதம் dictae v g தனக்கு, ubi தன் a தான், கு est terminatio dativi, et அ, quae interponitur, est சாரியையெழுத்து Sic உ in voce நிலாவுக்கு, de quibus fusius suis locis loquar

CAPUT II.

DE NOMINE

§ 1.

De Casibus.

10 Casus appellant வேற்றுமை, quasi differentia nominis; per casus enim idem nomen differt a se ipso et distinguitur Octo casus assignant hoc nomine et ordine: பெயர், ஐ, ஆல், கு, இன், அது, கண், விளியெட்டே.

11 Primus casus seu nominativus dicitur எழுவாய் i e. principium, seu etiam பெயர் Est enim nomen ipsum sine mutatione Sic ஆரியன், சாத்தன் வந்தான் Secundus casus dicitur ஐ வேற்றுமை et correspondet nostro accusativo, sic அறத்தைப்பார்க்கினான், வீட்டை நீக்கினேன், அடியைப்போட்டான் Tertius casus ஆல்வேற்றுமை, ecqui valet nostro ablativo causae seu societatis; terminatio autem est ஆல் seu ஆன் pro causa, ஓடு seu ஒடு pro societate; sic தயவினால், மண்ணால், சக்கரத்தால், பொற்கலாலாய பானை Ubi venit causa efficiens, materialis instrumentalis et finalis, haec omnia terminari possunt per ஆன்; sic கொடையானும், பொறையானும் மற்றவற்றானும் வீடெய்தான் Pro ablativo autem societatis inservit ஓடு seu ஒடு; sic பாட்டோடியைந்த வாடல், நூலொடு புகழ் வரும் Quartus casus, கு வேற்றுமை, est noster dativus et eodem modo usurpatur Quintus casus இல் வேற்றுமை terminat per இல் seu இன் et correspondet nostro ablativo cum in et ex Sic மலையில் seu மலையினிழியருவி, e monte decidens fluvius மலையில் seu மலையினிருக்குமயில் sunt in monte pavones · Per hunc casum exprimitur terminus, sic: ab hoc loco ad occidentem, இவ்விடத்தின் மேற்கு, aliquando causa, sic virtute, vel ingenio magnus, அறத்தில் seu அறிவிற் பெரி

யன் Sextus casus, அது வேற்றுமை, est noster genitivus: pro அது potest haberi in singulari ஆது et in plurali etiam அ; sic எனது seu என்னுது முகம் et எனது seu என்னுது seu எனவடி, quia அடி, etiamsi forma singularis, supponit pro plur., quia duo sunt pedes. Sic சிந்தாமணி dicit நுன சீரடி சேரவ நடந்து செலலெலன தாவி யகத்துறைவாயெனுநீய, ubi pro நுனது est நுன சீரடி in plur. et எனது ஆவி in singul.

Septimus casus கண்வேற்றுமை. Hic கண் est locus; synonyma omnia vocis இடம், quae in lexico videre est, inserviunt pro forma hujus casus, qui proprie explicatur per apud seu in. Sic: apud me non est என்கண்ணிலலை, என்னிடத்திலிலலை; sic in gemmis stat splendor மணியின் கணொளி, in verecundia pulchritudo நாணத்தின் கணெழில், in virtute dulcedo அறத்தின் கணேயினபம். Adverto, quod inter synonyma loci veniunt plura, quae non simpliciter locum important, sed principium, finem, supra, infra, intus etc., quae possunt esse forma hujus casus, sed ad earum vocum proportionem tunc explicari debent. Sic அறத்தின்மேலூதியமிலலை. Est hic septimus casus, sed explicatur: supra virtutem lucrum nullum est.

12 Appendix 1. Quodlibet nomen cujuscunque generis in obliquo potest supradictis casuum formis anteponere சாரியை இன, sic pro அடியை — அடியினை, pro மலையால — மலையினால. Item potest anteponere அன், obliquum ab அது. Sic nomen சாத்தன masc. gen. declinari potest சாத்தனனை, சாத்தனனால, சாத்தனறகு — சாத்தனனின, சாத்தனனது, சாத்தனனகண.

13 Appendix 2. In versu tantum nomina உயர்திணை masc. et femin. possunt mutare formam ஐ in அ, ஆன in ஆன et கு in க et sic quoque duplicat sequentem asperam. Sic pro காவலோனைக்களிறஞசும dici காவலலானைக்களிறஞசும, pro புலவராலுரைத்த நூல — புலவரானுரைத்த நூல. Sic pro கற்றவர்க்குப புகழ — கற்றவர்க்கப்புகழ. Nomina autem neutrius nec

ஐ nec கு possunt mutare, sed tantum அன in ஙன. Sic புளளிககு னெழுததாகவோனறை dici potest புளளிககுனெழுததாகவோனறை, quae omnia tamen facile sequi non convenit.

14 Appendix 3 Nomina desinentia in உ, vel sint nomina interrogativa, ut யாது quid? vel pronomina indicativa, ut அது, இது, vel tandem sint numeri, ut ஒனறு, இரணடு, மூனறு Haec omnia, quando veniunt ut adjectiva, vel in declinatione, deperdito உ, possunt addere சாரியை அன, sic யாதனை சொலபு, யாதனையுமீயான. Sic அதனிடமலபு — அதனை, sic ஒனறனபால — ஒனறனை Sed in declinatione sine hac சாரியை venire possunt: sic யாதை, அதை, ஒனறை, vel etiam addere possunt சாரியை இன ex regula communi. sic யாதிறகு, அதறகு, ஒனறிறகு Quando tamen veniunt ut adjectiva, semper debent sumere சாரியை — அன vel இன et primum elegantius est Sic இதன பொருள, இதின பொருள; ஒனறனபால, ஒனறினபால Tandem pronomina indicativa in plurali இவை, அவை, உவை, et nomina neutra interrogativa in plurali எவை, யாவை, haec omnia in declinatione, deperdito ஐ, addunt சாரியை — அறறு Sic இவறறை, அவறறை, உவறறை, எவறறை, யாவறறை Item praeter அறறு addere possunt சாரியை — இன Sic இவறறினை, இவறறினால, இவறறிறகு, உவறறினின, எவறறினது, யாவறறினகண Hanc regulam sequuntur etiam nomina neutra, quae in plurali terminant per அ, ut பல — பலவறறை, அரிய — அரியவறறை, பறபபன — பறபபனவறறை etc.

15 Appendix 4 எலலாம potest esse அஃறிணை et உயாதிணை 1 Si sit அஃறிணை generis neutrius, tum quando declinatur, tum quando venit ut adjectivum, assumit சாரியை அறறு et in fine addit உம. Sic எலலாவறறையும, எலலாவறறோடும, sic எலலாவறறுந தலையும, எலலாவறறுஞசகாதும. 2 Si எலலாம sit உயாதிணை, assumit சாரியை நம cum உம in fine, tum in casibus, tum ut adjectivum, sic எலலாநமமையும, எலலாநமமாலும et sic எலலாநநதலையும, எலலாநஙகாதும. 3. Pari modo எலலாரும assumit தம, ut எலலீரும நும, et transfertur உம in finem. Sic எலலாாதமமையும, எலலாாதமமாலும Sic எலலாாதநதலையும; sic எலலீாநுமமையும, எல்லீாநுமமொடும; sic எலலீாநுஙகாதும.

16 Appendix 5 ஆ, quando est bos, மா, quando est animal, et கோ haec tria possunt declinari modo communi ஆவை, ஆவினை — மாவை, மாவினை — கோவை, கோவினை. Sed possunt

etiam, tum quando conjugantur, tum quando veniunt ut adjectivum, assumere சாரியை ன், sic ஆனை, ஆனால   மானை, மானால — கோனை, கோனால. Sic ஆன்கன்று, மான்றலை, கோன்றனம்.

17 Octavus casus: விளி வேற்றுமை, vocativus a விளிக்கிறது vocare. Hic quamplures admittit terminationes; pro quo sciendum, 1. eos tres nominum classes dividere 1 உயர்திணைப் பெயர் nomina masc. et femin., 2 அஃறிணைப் பெயர் neutra, 3 பொதுப்பெயர் communia. Sic பிதா, தாய், மகன் nomina communia sunt. Forma autem vocativi his omnibus communis est 1 nominativus ipse sine ulla mutatione. sic இறைவன் வாராய், மகடூ கூறாய், மாந்தர் பேசீர், sic கிளி கூறாய், தம்பி யிளையாய், புறவேறிந்தாய், sic பிதா வாராய், மகன் வாராய் 2 additio literae ஏ. sic இறைவனே, மகடூவே, கிளியே, தம்பியே, பிதாவே, மகனே 3 si nomina desinunt in இ, omnibus commune est in vocativo mutare இ in ஈ, sic சாமி in சாமீ, நம்பி in நம்பீ, கிளி in கிளீ, தம்பி in தம்பீ, தமபி in தமபீ

18 Quae desinunt in ஐ, vel sunt உயர்திணை seu அஃறிணை, mutant illud in ஆய். Si autem sunt nomina communia, habent ஆய் vel ஆ. Sic ex விடலை — விடலாய், ex மடந்தை — மடந்தாய் (உயர்திணை); sic ex நாரை — நாராய், ex கொன்றை — கொன்றாய் (அஃறிணை); sed ex அன்னை — அன்னாய் seu அன்னா, ex தந்தை — தந்தாய் seu தந்தா (பொதுப்பெயர்)

19 Nomina desinentia in ன், si 1 sunt உயர்திணை, vocativum habent 1 per அளபெடை. Sic ex பெருமான் — பெருமாஅன் 2 fit vocativus, ablato ன் finali: sic ex இறைவன் — இறைவ, ex நாதன் - நாத 3 producta penultima: sic ex ஐயன் — ஐயான், ex நம்பன் — நம்பான் 4 producta penultima et ultima ablata: sic ex இறைவன் — இறைவா, ex மன்னன் — மன்னா 5 nunc dictae mutationi addere ஓ; sic ex ஐய

யன் ஐயாவோ, ex நண்பன் — நண்பாவோ. 6. ablato ன், addere ஓ: sic ex பெருமான் — பெருமாவோ, ex திரையான் — திரையாவோ. 7 mutare ன் in ய்; sic ex மலையான் — மலையாய், ex உண்டான் — உண்டாய் 8. Quae desinunt in ஆன், ablato ன் et mutato ஆ in ஓ, addunt யே: sic ex வாயிலான் — வாயிலோயே, ex உண்டான் — உண்டோயே 9 Quae desinunt in அன், delato ன், mutant அ in ஏ: sic ex அண்ணன் — அண்ணே, ex முருகன் — முருகே, quae tamen omnia உயர்திணை; nominibus omnibus communia non sunt, usus observandus est 2 Nomen neutrum vel commune, desinens in ன், format vocativum seu ablato tantum ன், seu hoc ablato, mutando அ in ஆ · sic அலவன், கழுழன், neutra, habent அலவ, கழுழ seu அலவா, கழுழா. Sic சாத்தன், கொற்றன், nomina communia, habent சாத்த, கொற்ற seu சாத்தா, கொற்றா •

20 உயர்திணை desinens in ள் vocativum habet 1 per அளபெடை. sic ex வேள் — வேஎள் 2 ablato ள் sic ex கணாள் — கணா, ex குழலாள் — குழலா 3. mutato ள் in ய்: கண்ணாய், குழலாய் 4 mutato ultimo அ in ஏ. sic ex அடிகள் — அடிகேள் 5 tandem producta ultima. six ex நமர்கள் — நமர்காள் ex மாதர்கள் — மாதர்காள் Hic ultimus autem vocativus inservit etiam pro nomine neutro et communi; sic ex திங்கள் — திங்காள், ex கிளிகள் — கிளிகாள் et ex மக்கள் — மக்காள்.

21 Solum nomina உயர்திணை in plurali terminant in ர் Haec autem formant vocativum 1 per அளபெடை: sic நம்பிமாஅர் 2 mutando ஆர் in இர் seu ஈர், et ஆர் semper in ஈர்: sic ex பார் — பிர் seu பீர், ex அமரர் — அமரிர் seu அமரீர்; sed ex உளரார், முனியார் fit உளரீர், முனியீர் 3 Facta tali mutatione, addere ஏ; sic: உளரீரே, முனியீரே 4 Si ante ர் sit யா, hoc ablato, praecedens இ mutatur in ஈ et additur ரே in fine: sic ex நம்பி

யார் — நம்பிரே. ex தோழியார — தோழீரே. 5. Nulla facta mutatione, addere in fine ஈா, sic ex தமா, எமா, பிறா fit தமீா, எமீா, பிறீா Tandem adverto, quod cum saepe eleganter plura nomina neutra ad modum rationalium உயாதிணை usurpari possint, ut pro மயிலகள, குயிலகள — மயிலாா, குயிலாா, tunc in vocativo etiam habere possunt மயிலீரே, குயிலீரே

22 Nomina omnia desinentia per ல, si praecedat brevis, eam producendo formant vocativum; sic ex மடவரல — மடவரால, ex தோனறல — தோனறால Sic தூஙகல — தூஙகால Si autem sit nomen உயாதிணை et ante ல sit longa, vocativum format per அளபெடை; sic ex மால மாஅல.

23 உயாதிணை desinens in ய semper habet praecedentem longam et per ejus அளபெடை fit vocativus. sic ex கணணாய — கணணாஅய, ex குழலாய — குழலாஅய

24 Ex variis his terminationibus 1 ipse nominativus seu simplex detractio ultimae literae inserviunt ad vocandum vicinos; sic அயயனமீரோ — அயய கேள. 2 அளபெடை inservit ad vocandos valde distantes; sic நமபிமாஅா வாரீா 3 Vocativus desinens per ஓ inservit ad vocandum aliquem cum dolore, sic அயயா வோவுதவாய Caeterae terminationes communes sunt.

25 Pluralis masc et femin, ut in vulgari, terminatur per ர் vel கள, sic பலா, பிறா, நமா, முனிவா seu முனிகள, மடநதைகள, vel etiam in ாகள: sic நமாகள முனிவர்கள்.

26. Pluralis generis neut. variat; si quidem nomina, quae sunt பகுபதம seu வினைககுறிபபு, de quibus infra dicam, si in singulari terminentur per து, in plu-

ralı desinunt in அ seu ன seu ஐ Sic அரியது fit plurali அரிய seu அரியன seu அரியவை; sic உளள — உள, இலல — இல, பலல — பல, சிலல — சில sunt nomina neutrius ın pluralı Caetera autem nomina neutra habent pluralem in கள : sic மலைகள, நிலஙகள, எருதுகள. Sciendum tamen quod nominativus gen neut inservit bene pro singulari et pro plurali, unde eorum grammatica, நனனூல dicta, dicit பால பகாவஃறிணைப பெயாகள பாற பொதுமைய, sic மரம வளாநதது — மரம வளாநதன, மாடு வநதது — மாடு வநதன, ஒரு வீடு — பதது வீடு Aliquando tandem nomen necessario plura significans, ut எலலாம, unitur numero singulari: sic உளளிய தெலலாமானது, facta sunt omnia, quae cogitaveram

§ 2.

பகுபதம NOMINA APPELLATIVA

27 பகுபதம, nomen appellativum, de quo hic Nr 5, est vox, quae cum una sit, plura simul significat et tum nomen esse potest, cum verbum Hic de nomine tantum loquar Quare hujus modi nomina habent semper பகுதி et விகுதி பகுதி est nomen proprium, ex quo appellativum deducitur et விகுதி est terminatio appellativi Saepe habent intermedium aliquod — சாரியை, quod proinde dicitur இடைநிலை ex gr. in voce மாாபன est பகுதி — மாாபு et விகுதி — அன sine intermedio; sed மாாபினன habet idem பகுதி et விகுதி et insuper சாரியை — இன pro இடைநிலை Sic ex வில et அன cum சாரியை — இன fit விலலினன. Pro பகுதி nomina omnia inservire possunt விகுதி autem, seu terminationes, sunt sequentes

28 விகுதி seu terminationes pro sing masc அன, ஆன, pro fem அள, ஆள, pro plur utriusque அா,

ஆர்; pro neutro sing து, pro plur ஐ vel அ. Sic மலையன் seu மலையான்; மலையள் seu மலையாள்; மலையர் seu மலையார்; மலையது, மலையவை seu மலைய. Quoad இடைநிலை, sequenda est regula et modus, de quo diximus in declinatione nominum, v gr quae desinant in ம*, ut நிறம் addito சாரியை அத்து vel etiam simul இன் — அத்தின் et dicitur நிறத்தை, நிறத்தினை, sic பகுபதம் — நிறத்தான் seu நிறத்தினன் Sic மலை praeter மலையை habet மலையினை, additur சாரியை — இன் Sic பகுபதம் est மலையான் seu மலையினன் Sic ex தாம — தமமை, ex நாம — நமமை seu எமமை, ex நீ — நுமமை Sic பகுபதம் — தமன், தமள், தமர்; sic நமன் seu எமன், நமள் seu எமள், நமர் seu எமர்; நுமன், நுமள், நுமர்: omnia உயர்திணை et dicuntur கிளைப்பெயர் seu சுற்றப்பெயர்: nomina propinquitatis Tandem e nominibus proprietatum fiunt பகுபதம் cum aliqua diversitate, de qua dicam sequenti paragrapho

29 பகுபதம் ut nomen formari potest a nomine et a verbo Et si a verbo, semper ab inperativo vulgari Tunc autem si பகுதி, seu a nomine sit, seu a verbo, desinat in ஐ seu இ, eo casu interponit சாரியை ந seu ஞ Sic a nomine கிளை fit கிளைநர் seu கிளைஞர், ab இளை fit இளைநர் seu இளைஞர், a கடை fit கடைநர் seu கடைஞர், a நடை fit நடைநர் vel நடைஞர். Sic a verbo அறி — அறிநர் vel அறிஞர்; a துணி fit துணிநர் vel துணிஞர்; a மொழி fit மொழிநர் vel மொழிஞர்; a குறை — குறைநர் vel குறைஞர் Omnia autem பகுபதம் et ut nomina declinantur per casus et ut verba conjugari possunt et tunc vocantur வினைக்குறிப்பு, de quo loquar capite sequenti § 4.

* Note No 14 the Author has spoken about the சாரியை, but did not mention the சாரியை அத்து. Perhaps he omitted it there However he speaks about the same matter No 34 where it may be compared

30 Quae diximus hactenus, propria sunt Tamulici idiomatis Placet, addere aliquid juxta regulas Sanscritanas, quae apud Tamulenses quoque usurpantur Et 1 si பகுபதம seu nomen proprium, ex quo ut பகுதி formatur பகுபதம, incipiat per இ seu எ, vel sint vocales initiales, seu unitae consonanti mutantur in ஐ; sic ex இநதிரன, qui orienti praesidere dicitur, fit ஐநதிரி — oriens; sic a கிரி mons, quae ibi resident, dicuntur கைரிகம; six ex சிலே, petra fit சைலம, mons e petra; sic quae nata est in civitate மிதிலே dicta, dicitur மைதிலி Sic devotus சிவன — சைவன et devotus விடடுணு — வைடடுணுவன. In his autem pro ஐ scribi potest அயி, seu கயிரிகம, சயிலம. Pari modo de ஏ; sic ex வேதம, divina lex, fit வைதிகா, qui juxta eam procedunt Aliquando, sed raro, இ mutatur in ஔ seu அவு; sic ex கிரி mons, quae ibi nata est, dicitur கௌரி seu கவுரி 2 உ vel ஒ in initio dictionis mutatur in ஔ seu அவு; sic qui sunt ex tribu குரு dicuntur கௌரவா Sic janua est துவாரம et ejus custodes dicuntur தௌவாரிகா Adoratores idoli புததன dicuntur பௌததா் Sic aliquando etiam ஊ mutatur Six ex சூரியன sol, ejus filius Saturnus, dicitur சௌரி Pari modo de ஓ; sic quae nata est in கோசலே vocatur கௌசலே; ex சோமன, luna, ejus filius Mercurius, vocatur சௌமன, quae ut diximus, scribi etiam possunt கவுரவா், பவுததா், சவுமன. 3 Quae in prima syllaba habent அ, dum fiunt appellativa, hoc mutant in ஆ. Sic Ramen, filius regis தசரதன, dicitur தாசரதி; sic Sidei filia regis சனகன, dicitur சானகி Sic gigantes, filii cujusdam தனு, vocantur தானவா். Sic mare, quod fingunt a filiis regis சகரன effossum, vocatur சாகரம. 4 Si பகாபபதம desinat in ஐ, hoc ablato, addere ஏயன், importat filium illius Sic filius matris காறகிகை dictae vocatur காறதிகேயன; sic கஙகை ejus filius கஙகேயன் et ex வினதை — வயினதேயன Iuxta autem has regulas பகுபதம efficere nos non convenit, sed si ab auctoribus nonnulla usurpari

viderimus, radicem, unde pullulant, facile hinc agnoscere poterimus

31. எதிர்மறைப்பதம், vox negativa, id est, quae etiam sine particula negante sensum negativum importat. Hujusmodi voces quoque பகுபதம் vocant aliqui, quia simul plura significant: sic செய்யேன், கொடேன், ஆடேன் importat negativum et actionem faciendi, dandi, saltandi. Attamen in idiomate Tamulico hujusmodi voces habentur tantum in verbis et verbalibus, ut அறியாமை, பொறாமை, அஞ்சாமை, ut suo loco dicam Nomina autem alio modo negativa omnia sunt a lingua Sanscritana Pro quo est haec regula: si nomen positivum incipiat per consonantem, fit negativum addendo in principio அ sine ulla mutatione Sic a நீதி — அநீதி, a மலம் அமலம், a பரம் — அபரம் Si incipiat per vocalem, inter அ et illam vocalem interponitur ன், sic ex ஆதி — அனாதி, ex அஞ்ஞான fit அனஞ்ஞான, ex ஆசாரம் — அனாசாரம் Tandem tum vocali, tum consonanti anteponi potest நிரு; sic நிர்மலன், immaculatus, நிராயுதன், inermis, நிருவமன் incomparabilis

§ 3

தொகைநிலை — தொடர்மொழி

32 தொகைநிலை, quasi conjunctio epitomata, pro quo, quando nomini vel verbo unitur aliud nomen, ut participio seu adjectivo unitur substantivum, dicitur தொடர்மொழி, quasi conjunctio vocum Quod si formae casuum, temporum non veniant explicite, dicitur தொகைநிலை, id est epitome Sic v. g pro பூணினையணிந்த மார்பன் dices பூண்மார்பன்; pro மலையில் வீழுகின்ற அருவி — மலையருவி, pro கருமையுடைய குரங்கு — கருங

குரஙகு Omnia sunt தொகைநிலைததொடர் மொழி Hujus modi autem abbreviationes fiunt in uno ex his sex capitibus: பொருள், இடம, காலம, சினை, குணம, தொழில. Sic hoc ordine sunt: பூணமாரபன், மலையருவி, கார்நெல, கைமா, வெணடாமரை, கொடைக கோமான.

33. Sex autem numerantur hujusmodi epitomes 1. வேறறுமைததொகை, quando non explicatur forma casus; sic யானைககோடு pro யானையினது கோடு. 2 வினைத தொகை, quando participium ita abbreviatur, ut tempora discerni non possint, et fit, quando participio futuri detrahitur ம vel etiam உம et tunc supponere potest pro quolibet tempore; sic பொருகளம inservit pro பொருநத களம, பொருகினற களம, பொருஙகளம Sic pro வாழும — வாழகுடி scil வாழநத குடி vel வாழகினறகுடி seu வாழுஙகுடி Vide hic nro 52 3 குணததொகை, quando abbreviatur vox significans proprietatem rei; sic pro நறுவிய மலா — நறுமலா. 4 உவமைததொகை, quando supprimitur particula indicans similitudinem; sic மலாபபாதம pro மலாபோலும பாதம 5 உவமைத தொகை, quando supprimitur conjunctio உம; sic இவ னவன pro இவனும அவனும, sic மாடு நானகு pro மாடு நான்கும. 6. அனமொழிததொகை, quando ex dictis quinque venit una epitome et praeterea in fine dictionis deficit vel nomen principale vel saltem விகுதி seu terminatio appellativi. Regulam explicabit exemplum: dico பூஙகுழலே Hic primo venit வேறறுமைததொகை, dicendum enim erat பூவையணிநத குழல Praeterea si non intelligo dicere simpliciter comam muliebrem, sed mulierem eam habentem, deficit in fine vel substantivum மாது v g vel saltem deficit terminatio appellativi ஆள et pro பூவையணிநத குழலாளே dictum est பூங குழலே et hoc est அனமொழிததொகை. Tandem adverto, quod hujusmodi epitomes pluribus modis explicari possunt, v g சொலலணி 1 per வினைததொகை — சொலலுகினறவணி, 2 per வேறறுமைததொகை — சொல்

லால் வழங்கின்றவணி, 3 per குணத்தொகை — சொல்லாகியவணி, 4 per உவமைத்தொகை — சொல்லுமணியும் 5 per அன்மொழித்தொகை — சொல்லணியைத் தந்தால் Sic una eadem dictio quinque diversis modis intelligi potest Quare prudentis est, ex contextu congruam seligere explicationem.

34 Diximus 1. ubi de சாரியை No 9 et ubi de declinatione casuum a No. 14: ante formam casus posse venire plures literas சாரியை dictas, ut அன், இன், அத்து, அற்று Hoc idem servandum in தொகைநிலைத் தொடர்மொழி, quando venit ut adjectivum Sic யாது declinatur யாதனை, யாதனால் Pari modo ut adjectivum யாதன்கொம்பு, யாதன்பொருள் Sic மலை declinatur மலையை, மலையால் sine சாரியை, seu cum இன் — மலையினை, மலையினால்; sicut adjectivum மலையுச்சி, மலையினுச்சி, மலைப்பக்கம், மலையின்பக்கம் Sic மனம் declinatur cum சாரியை அத்து vel addito etiam இன் — அத்தின், sic மனத்தை, மனத்தினை Pari modo ut adjectivum மனத்துவீரம், மனத்திண்மை vel etiam மனத்தின்மாசு, மனத்திற்பகை. Attamen, quae desinunt in ம், fiunt etiam adjectiva, ablato tantum ம், sic மனவூக்கம், மனப்பகை Sic அவை declinatur: அவற்றை, அவற்றால்* cum சாரியை அற்று; sic etiam ut adjectivum: அவற்றுச் செய்தி — அவற்றுச் சொல் Sic காடு, யாறு, வயறு declinantur காட்டை, யாற்றை, வயற்றை et ut adjectivum காட்டுவழி, யாற்றுமணல், வயற்றுவலி 2 Substantiva, quae desinunt in ஐ, cum fiunt adjectiva, vel nulla fit mutatio, et tunc duplicant sequentem asperam vel addunt அ, et tunc dicuntur quoque வினைக்குறிப்பெச்சம் et sic non duplicant sequentem (aequivalent enim participio), vide hic cap III § 4. Sic dicitur கைவளை et கையவளை, மைக்கண் et மையக்கண், உடைப்பொருள் et உடைய பொருள், சுனைப்பூ, et நனைக்கொம்பு et நனையகொம்பு.

சிந்தாமணி விருத்தம்,

சுனைய நீலமுஞ் சுள்ளியுஞ் சூழமலர
நனைய நாகமுங் கொகுமு நாறிணர்ச
சினைய செணபகம் வேஙகை பொடேறறுபு
புனைவன் மேறறுதிமுறறெடுததோதினை

3 Tandem quando venit உவமைதொகை, ut pro இரவியுமீனுமதியும dicam இரவி மீன் மதி Tunc ultimum nomen, etiamsi sit singulare, ut மதி, assumit formam pluralis Sic de beata virgine dicitur இரவி மீன மதி சுகிவ பினையநது பூணடனள. Sic ex hac regula sol, qui dicitur ஆதிததன, licet sit unus, tamen dicitur சநதிராதிததா, luna et sol, pro சநசிரனுமாதிததனும.

Appendix 1 De nominibus proprietatum. Si haec, ut plerumque solent, desinant in ஐ v. gr செயமை, செமமை, தணமை, நுணமை, வெணமை, கருமை, பசுமை, குறுமை, நெடுமை, பெருமை, சிறுமை, fiunt adjectiva 1. ablata ultima litera ஐ: sic செறுநதடி, நெடும பொழுது, பசுஙகிளி, கருமபாமபு 2. ablato etiam ம, sic செயகுறசி, சிறுபொருள், இளவயது, தண்ணீர, வெணமாசு. 3 Insuper si praecedat உ, ablato மை, உ mutatur in இ, sic ex புதுமை — புகமணம, புதிமது Cui saepius addunt அ sic அரிய, பெரிய, சிறிய, கரிய, நெடிய et tunc dicuntur quoque வினைககுறிபபெசசம, qui modus inservit etiam pro பகுபதம, appellativo; sic சிறியன, சிறியள, சிறியர, சிறிது, சிறியவை vel சிறிய. 4 Ablato உமை producere primam: sic ex பசுமை, சிறுமை — பாசிலை, சீறடி; sic காரொலி, காரகடல, பேரொலி. 5 Ablato உமை, ut supra, mutatur primum அ in ஐ et sequens aspera in ம. Sic ex பசுமை fit பைஙகிளி, பைநதார, பைமபொன, quod tamen raro fit in aliis nominibus praeter பசுமை. 6 Ablato உமை, duplicare asperam intérmediam· sic a வெறுமை — வெறறிலை, a பசுமை — பசசிலை. Sic சிறறினபம, குறறெழுதது, நெடடெழுதது. 7 Aliquando ablato மை additur அ et tunc dicuntur etiam வினைசகுறிபபெசசம, unde non duplicant sequentem· sic ex தீயமை fit தீயபகை, ex இனிமை — இனியகனி Haec dicta sunt de his, quae desinunt in ஐ. Caetera autem nomina, aliter desinentia, licet proprietates rerum explicent, sequuntur regulam communem, cf No 34. Quae tamen desinunt in ம், vel hoc tantum ablato, fiunt adjectiva sic கதககணணன, செலவப பொர, vel addito சாரியை — அதது apponitur அ; sic கததத

யானை, திறத்தகை, et sic non duplicant sequentem Tandem aliqua nomina, nulla facta mutatione, fiunt adjectiva, addendo tenuem sequenti consonanti conformem. Sic ex சே fit சேங்கழு, ex பூ fit பூந்தாது, பூஞ்செண்டு, ex மா மாங்கனி.

36 Appendix 2. Hujusmodi adjectivorum unum vel duo addi possunt nomini principali. sic சிறுகருங்காக்கை, இளம்பசுங்கிளி Sed nomini partium unum adjectivum tantummodo addi potest. sic செங்காறை, நெடுங்கட்பேதை, in versu tamen et his duo addere licet sic சிறு பைந்தாவி, கருநெடுங்கண். Pari modo in versu possunt uniri plures unius partes, quaelibet cum suo adjectivo Sic illud in poemate நளன் கதை dicto — குவிமுலைக் கயலாயச் செங்கட்குடம் புரை செருத்தன மேதி, ubi ante principale மேதி, bubala, veniunt quatuor ejus partes seu membra cum suis adjectivis

37. Appendix 3 In vulgari diximus, quomodo usurpandi sint numeri, si adjective veniant Addo hic appendicem de numeris பத்து et ஒன்பது. Quare 1 si பத்து uniatur alii numero vel alii substantivo, fit பதின் vel பதிற்று. sic பதினொன்று, பதின்மூன்று, பதினாயிரம், பதின்கோடி; sic பதின்கலம், பதின்றுலாம். Pari modo பதிற்றொன்று, பதிற்றுக்கோடி, sic எழுபதிற்றுத்தாணி, எண்பதிற்றுக்கஃசு. 2. Si post பத்து veniat இரண்டு, non dicitur பதின் sed பதிற்றிரண்டு vel etiam பன்னிரண்டு. Sic si veniat post பத்து — ஒன்பது vel பஃது, dicitur semper, non பதினொன்பது nec பதின்பஃது, sed பதிற்றொன்பது et பதிற்றுப்பத்து. Si vero post பத்து veniat ஆயிரம், non பதிற்றாயிரம், sed பதினாயிரம். 3 Idem dicendum de ஒன்பது· sic ஒன்பதினாயிரம், ஒன்பதின்கோடி, ஒன்பதின்கலம் vel ஒன்பதிற்றுக்கோடி, ஒன்பதிற்றுத்தூணி, ஒன்பதிற்றடுசெரு. Excipe tamen, quasi post ஒன்பது veniat unum usque ad decem, nunquam dicitur ஒன்பதின், sed semper ஒன்பதிற்றொன்று, ஒன்பதிற்றிரண்டு, ஒன்பதிற்றுமூன்று.

38. Appendix 4. Quando பத்து venit post numeros 1. 2. usque ad 8 tunc vel, ut in vulgari, subtrahitur consonans த்: sic ஒருபது, இருபது, முப்பது, vel loco illius consonantis interponitur ஃ: sic ஒருபஃது, இருபஃது, முப்பஃது. Vel tandem detracto த்து additur ஆன் et fit பான்· sic ஒருபான், இருபான், முப்பான்: et hoc ultimum inservit etiam pro ஒன்பது et dici potest ஒன்பான். Caetera vide in gramatica vulgari.

39 Appendix 5 De mensuris, quibus metimur grana, praeter jam dicta in vulgari gramatica, hic addam aliquod de mensura உரி. Quare si post நாழி veniat உரி, dicitur நாடுரி, sed si post உரி veniat res, quam metimus, tunc si hujus nomen incipiat per consonantem, voci உரி additur அ et duplicatur sequens, si sit aspera: sic உரிக்கொள்ளு, உரிச்சாமை, உரிப்பத்தினை, உரிப்பயறு. Si autem nomen rei, quam metimur, incipiat per vocalem, nulla fit mutatio sic உரியரிசி, உரியெண்ணெய். Excipe உப்பு, de quo dicitur உரியவுப்பு.

§ 4.

சுட்டும் வினாவும்.

PRONOMINA

Pronomina sunt vel demonstrativa · hic, haec, hoc, vel interrogativa, qui, quae, quod De his plura vide in gramatica vulgari Ut autem referam, quae hic propria sunt, 1. pronomina demonstrativa sunt அவன் ille, இவன் hic, உவன், qui illis medius est Sic pro feminino அவள், இவள், உவள்; pro plurali utriusque அவர், இவர், உவர். 2 Pro neutro singularis அது, இது, உது, vel etiam அஃது, இஃது, உஃது. Pro plurali அவை, இவை, உவை, vel etiam aliquando அவ, இவ, உவ: sic in poemate சிந்தாமணி est விருத்தம்,

வெவ்வினை செய்யுமாந்தருயிரொறு நிலத்தில் விதந்தி
யவ்வினை விளைவுநுண்ணு மவ்விடத்தாவ துன்பம்.
இவ்வெனக்கிளத்துமென்று நினைப்பினும் பனிக்குமுள்ளஞ்
செவ்விதிற் சிறிது கூறக் கேண்மதிச் செல்வ வேந்தே.

Hic இவ்வென est pro இவையென 3. Si autem post இவ், அவ், உவ் veniant appellativa vel adjectiva, tunc si sequatur aspera, வ் mutatur in ஃ: sic அஃசிறிய, இஃகொடிய; si sequatur tenuis, வ் mutatur in aliam similem tenuem: sic அந்நெடிய, இம்மலைய Si sequatur media, nulla fit mutatio: sic அவ்வலிய, இவ்வளைய. Quae omnia sunt ex அவை vel இவை et சிறிய, கொடிய,

நெடிய, மலைய, வலிய வளைய 4 Ut in vulgari diximus, pro dictis pronominibus adjective sumptis inserviunt அ, இ, et hic உ, et pro interrogativo எ, quae anteponuntur dictioni, duplicando semper sequentem, si consonans sit, vel interponendo duo வ, si sequatur vocalis: sic அப்பண்டை, இந்நிலம, உவ்வழி, எப்பொருள். Sic sequente vocali. அவ்வினை, இவ்வெழில, உவ்வூர, எவ்வினை Hoc unum hic adnotandum quod his literis sic uti possumus non solum in omnibus substantivis, sed etiam in appellativis, in participiis et in வினைக்குறிப்பு sic இம்மலையான (appellativum), இச்சொன்னபொருள் (participium), நீயெவ்வூரினை (வினைக்குறிப்பு), de quo infra

41. வினா, pronomina et particula, quae inserviunt interrogationi, sunt 1 quae incipiunt per எ; sic எவன், எவள், எவர், எது, எவை et pro எது, ut supra எஃது, pro எவை — எவ, quae omnia usurpantur, ut prima pronomina demonstrativa 2 Ad interrogationem inservit யா: sic யாவன், யாவள், யாவர், யாது, யாவை Praeterea vox யா per se solam inservit pro எது vel எவை: sic திருவள்ளுவன் குறள்:

யாகாவா ராயினு நாகாக்க காவாக்கால் சோகாப்பர் சொல்லிழுக்குப் பட்டு

சொல்லாக்கமுங் கொடுந்தரும Hic யா est pro எது 3 Sicuti sub 40 diximus, அ, இ, உ inservire demonstrationi, sic எ et யா inserviunt interrogationi: sic எக்கரை, யாக்கரை; எவ்வினை, யாவினை 4 எவன் in வினைக்குறிப்பு inservit pro neutro singularis et pluralis: sic எவனது, எவனவை. Insuper ex se inservit pro nomine interrogativo, non solum masculini gen, ut ante dictum est, sed etiam neutrius singularis: sic திருவள்ளுவன்:

சிறை செய்யுங் காப்பெவன் செய்யு மகளிர் நிறைசெய்யுங் காப்பேதலை, ubi எவன் செய்யும், est: quid prodest. Tandem in hoc sensu aliquando pro எவன் usurpatur என், sic திருவள்ளுவன்: ஒலித்தக்கா லென்னுமுவரியெலிப்

பகை நாகமுபிராகககெடும, ubi எனறும explicatur, quid est propter eam 5 ஆ vel ஓ et aliquando ஏ in fine dictionis inserviunt interrogationi: sic நீயா, நீயோ, நீயே, de quibus caput 4 ubi de இடைசசொல

CAPUT III

DE VERBO

§ 1

* முககால முறறுவினை. De Praesenti, Praeterito et Futuro

42 Verbum வினை vocant, et quando verbum orationem complet, vocant முறறுவினை, quasi verbum finale Sunt autem tria tempora. modus imperativus et quod dicunt வியஙகோள Sed participia et gerundia vocant எசசம, defectus verbi Tandem nomina, quando construuntur ut verba, ut in hoc idiomate fit, vocant வினைக்குறிபபு, de quibus omnibus sejunctim loquar Hic autem de praesenti, praeterito et futuro disseram, quae cum tempus importent, ut dixi No 5, sunt வினைபபகுபதம, quia simul et officium explicant et tempus

43 Quare omne பகுபதம, ut diximus No 27, habet பகுதி, unde formatur, et விகுதி, formam, qua terminatur Hic ubi de verbis, பகுதி est, ut ibi diximus, vox imperativi vulgaris. sic நட, படி, செய, செல, தேய், தை, போ, வா விகுதி autem, seu terminationes, eaedem omnino sunt pro quolibet tempore, diversificantur tantum, quoad personam et numerum. Sic prima persona singularis ஏன vel என, plur ஏம vel எம, ஓம, அம, ஆம, sic: வநதெனன, வநதேன (யான), sic வநதெனம, வநதேம,

வந்தோம், வந்தனம், வந்தாம் (யாம்) Secunda persona singularis ஐ, ஆய் இ, plur இர், ஈர்: sic வந்தனை, வந்தாய், வந்தி (நீ) -- வந்தனிர், வந்தீர் (நீர்) Tertia persona singul masc அன், ஆன், femin அள், ஆள், neutr உ, plur masc et fem அர், ஆர், neut அ sic: வந்தனன், வந்தான் (அவன்); வந்தனள், வந்தாள் (அவள்), வந்தது (அது) — வந்தனர், வந்தார் (அவர்), வந்தன, வந்த (அவை) Hae sunt terminationes communes omni tempori omnium verborum, quae particularia sunt, inferius dicam, praecipue No 47 Praeterea personae, quae neutrae non sunt, in plurali dictis terminationibus addere possunt கள்: sic வந்தனங்கள், வந்தாங்கள், வந்தனெங்கள், வந்தோங்கள் (யாம்) — வந்தனிர்கள், வந்தீர்கள் (நீர்) — வந்தனார்கள், வந்தார்கள் (அவர்கள்)

44 Appendix Quinque terminationes assignavimus primae personae pluralis ex his அம், ஆம் amplectuntur loquentem et praesentes, எம், ஏம், ஓம் non praesentes, sed loquentem et absentes In futuro, ut infra dicemus No 47, inservit etiam terminatio உம் pro prima persona pluralis et haec includit omnes, loquentem, praesentes et absentes sic நடக்கும், வருதும், சேறும், வாழ்தும்.

45 Praeter dictas terminationes 1 உம் inservit pro tertia persona singularis cujuscumque generis et pro tertia pluralis generis tantum neutrius, et non mascul nec fem . sic அவனுண்ணும், அவளுண்ணும், அதுண்ணும் et அவையுண்ணும். 2 Praeterea in hac terminatione, remanente ம், potest auferri உ et aliquando etiam consonans huic unita. sic ex போளும், மருளும், கலுழும் fit போண்ம், மருண்ம், கலுழ்ம்; sic ex பொழியும், பணியும், ஆகும், போகும் fit பொழிம், பணிம், ஆம், போம் Compara வெண்பா:

வெண் கொடை மாரியு மன்னு தனை யிழலின்
வெண் குடையும் வெஃகிப் புகழுலகங் கண்கொள்ள
புகைப் பட்டபோர் வெல்லுன் புகழ் நாம் வெள்வேல்
பகைப்பட்ட போரஞ்சிப் பணிம்

Hic pro உலகம் புகழும் est புகழ்ம் et pro போர் பணியும் est போர்ப்பணிம். Quae si non essent hic tali modo abbreviata, versus metro peccaret 3 Quando உம் inservit pro tertia persona plur neutr, potest addere கள்: sic அவை செய்யுங்கள், இடுங்கள், வருங்கள், உண்ணுங்கள்: sic சிந்தாமணி விருத்தம்:

அலங்கு தாளற்றபோது மாற்றத் தாலத்தைப் போலத்
தொலைந்த தம்முடம்பு நீங்கத் தீவினை தொடர்ந்து நீங்காப்
புலன்கொண்டு பிறைச் சூழ்ந்து புகத் தழீஇப் புக்குப் பின்னின்
றெல்லையில் துன்ப வெந்தீ சுட்டெரித்திடுங்களென்றே

Hic pro எரித்திடும் est எரித்திடுங்கள்.

46. Praeter பகுதி vox, scil imperativi vulgaris, et விகுதி, seu terminationes, de quibus modo diximus, venit இடைநிலை, seu quid intermedium, quod diversum est pro diversitate temporum Ac 1 in praesenti இடைநிலை est vel கிறு, ut in vulgari, vel கின்று, vel ஆநின்று. quibus adduntur terminationes: sic a செய் fit செய்கிறேன் vel செய்கின்றேன், vel செய்யாநின்றேன், sic a படு fit படுகிறேன் vel படுகின்றேன் vel படாநின்றேன் 2. De praeterito nil est addendum iis, quae fuse dicta sunt in vulgari Hoc unum adverto, quod ea, quae habent சாரியை — இன் v g வணங்கினேன், ஆடினேன், ஆயினேன், போயினேன், in tertia persona sing. neut, quae desinit in து, vel ex இன் mutato ன் in ற் et து in று, fit வணங்கிற்று, ஆடிற்று, ஆயிற்று, போயிற்று. vel post இன் additur அ et fit வணங்கினது, ஆடினது, ஆயினது, போயினது. Hinc in vulgari, syncopata யி, dicitur ஆனது போனது 3 Futurum formatur omnino, ut in vulgari, nec quidquam hic est addendum

47 Tempus futurum praeter terminationes communes, quas retuli No 34, plures alias particulares habet Et 1 prima persona singularis praeter என் vel

ஏன், ut alia tempora, terminat etiam per அல், அன்: sic praeter நடப்பன் est நடப்பல், நடப்பன் யான்; sic புணைபல், புணைபன் யான்; அறைகுவல், அறைகுவன் யான். Item sine இடைநிலை terminat per கு, டு, து, று: sic செய்கு, கொடு, வாழ்து, சேறுயான். Ex his valde usitatum est து. Si autem his addas ம், erit prima persona pluralis: sic செய்தும், வாழ்தும் யாம். 2 Tertia persona pluralis mascul et feminini, praeter terminationes communes, potest sine இடைநிலை terminari per ப, மார், மர், மனர்: sic ஒப்ப, உரைப்ப, சொல்லுப, என்ப பலர், sic நடமார், என்மார்பலர்; sic என்மர், மொழிமர் பலர்; sic என்மனர், மொழிமனர் பலர். Ex poemate சிந்தாமணி விருத்தம்:

> என்மனக் கநிந்தமனம் மென்றிரண்டில்லையாற்
> றன்மனத்துள் பொருட்டான் றனக்குரைப்பதொத்த
> துன்மனம் மென்மனம் மென்பதொத்தின்றுந்தா
> னன்மனக்குஞ் சரந் நம்பியோடென்மரும்.

Hic என்மரும் est pro என்பாரும்

48. Verbum negativum formatur, ut in vulgari: sic நடவேன், நடவாய், நடவான், நடவாள், நடவோம் et நடவேம், நடவீர், நடவார். Pro neutro நடவாது, plur நடவாவன. Item pro neutro, tum singularis, tum pluralis, நடவா, et sic திருவள்ளுவன் குறள். கடலோடா கால்வலநெடுந்தேர் கடலோடு நாவாயுமோடா நிலத்து. Hic ஓடா bis est pro ஓடாது, tertia persona neutrius singularis

§ 2

ஏவலும் வியங்கோளும்.

49 Imperativus est, ut diximus supra, பகாப்பதம் verbi et inservit pro பகுதி, unde formantur tempora. Hoc intelligendum de imperativo, ut in vulgari. Hic autem huic ipsi imperativo addunt plures alias termi-

nationes Et 1 pro secunda persona sing addunt ஆய், தி, மோ Sic loco simplicis imperativi v g உரை, சொல், அருள், dicunt etiam உரையாய், உரைதி, உரைமோ, sic சொல்லாய், சொல்லுதி, சொன்மோ; sic அருளாய், அருளதி, அருண்மோ Sic ab ஆகிறது, கேட்கிறது, நடக்கிறது est imperativus ஆதி, கேட்டி, கேண்மோ, நடமோ Sic கம்பன் in poemate ராமாயணம் dicit de quodam poenitente, qui, uxorem adulteram maledicens, dixerat: fias petra:

மெல்லியலாளை நோக்கி விலைமகளனைய நீயுங்
கல்லியலாதியென்றான் கருங்கலாய் மருங்கில் வீழ்ந்

தாள், ubi ஆதி est: fias Adverte, quod ஆய v g உடையாய், சொல்லாய், est etiam secunda persona singularis verbi negativi, ut et in vulgari Praeterea தி, ut அருளினி, விடுதி, est etiam secunda persona singularis praeteriti: sic illud விடுதியேற கெடுதி explicatur விட்டாய் ஆனால் கெட்டாய். Sic போதி est imperativus pro போ Sed hic நோக்காது போதியே est pro போனாயே, quae propterea ex contextu dignoscenda sunt Adverte tandem, quod வருகிறது et தருகிறது, licet in imperativo vulgari habeant வா, தா, hic habent வாராய், தாராய், et வருதி, தருதி. 2 Pro secunda persona pluralis terminationes sunt ஈர், தீர், மின், மினீர்: sic கேளீர், சொல்லீர்; sic உரைதீர், அருளதீர்; sic சொன்மின், கேண்மின்; sic மொழிமினீர், விடுமினீர் At வருகிறது et தருகிறது habent வாரீர், தாரீர், வருதீர், தருதீர், வம்மின், தம்மின், வம்மினீர், தம்மினீர் 3 Aliquando கு inservit pro secunda persona tum singularis, tum pluralis: sic கம்பன்: அன்னையே யனையார்க்கெவ்வா றந்தகவா றருளுகென்றான்.— சிலப்பதிகாரம். நீயிங்கிருக்கென்றேகினன்.— சிந்தாமணி: ஏறியல காணநாமி வட்டருகென்னவே In his அருளுகு, இருக்கு, காக்கு omnia sunt secunda persona singularis imperativi Insuper சிந்தாமணி: எந்தை மார்க ளெழுகென்றாள், ubi எழுகு est secunda persona pluralis imperativi

50 Imperativus verbi negativi 1. in secunda persona sing terminat sine இடைநிலை per ஏல, அல, அனமோ, அறக. Sic pro சொலலாதே est சொலலேல, சொலலல, சொலலனமோ, சொல்லறக, sic முனியேல, பணியல, பிடியனமோ, நடவறக சிநதாமணி: தானசீரடி நோவநடநது செலேல திருவளளுவன: வயவறக வெஞ ஞானறுநதனனே. நயவறக நனறி பயவாவினை, ubi செலேல, வயவறக, நயவறக sunt pro செலலாதே, புகழாதே, விருமபாதே. 2 In secunda persona plur terminat per ஆமின், அனமின, அறபீர. sic செயயாமின, செயயனமின, செயயறபீர, pro செயயாதேயுஙகோள; sic சொலலாமின, ஒழியன்மின, வழஙகறபீர

51 வியஙகோள est imperativi species, quo utuntur cum omnibus personis, numeris et generibus, formatur autem ab imperativo vulgari sine இடைநிலை et cum terminatione in க vel ய et aliquando யா; et advertendum, quod hic ய ex regula universali potest assumere ante se இ: sic இய, இயா, ut diximus Pars 1 No 8 Quare fit வாழக, வருக, சிறகக, எழுதுக, துணிக, செயக. Sic வாழிய, காணிய; sic வாழியா, காணியா Adverte, quod pro வாழிய dici potest வாழி, et quod neque hoc, neque caetera duplicant unquam sequentem asperam Ratio est, quia வியஙகோள est முறறுவினை, id est, quia hac voce perficitur oratio. sic வாழக செலவ, வாழிய கொறறவ, வாழிகோனே Sic நான சொலலுக, நீய போக, நாம வருக, நீ போக, தநதை வாழிய, தாய காணிய, நமர் விளஙகுக, புகழ சிறகக, அவை வழஙகுக Hinc terminatio imperativi negativi அறக et positivi கு, quas retulimus supra, possunt dici வியஙகோள, quia possunt inservire etiam primae et tertiae personae. Sic சிலபபதிகாரம: வசியும வளனுஞ சுரககெனறேகினன, ubi சுரககு est idem, ac சுரகக; sic நாழும பொயயறக, அரசன முனியறக, அவையொழியறக.

§ 3

எச்சம். (De Participio et Gerundio).

52. எச்சம் est ab எஞ்சுகிறது deficere, unde est defectus Participium autem dicitur பெயரெச்சம், defectus nominis, quia, ut nomina adjectiva, unitur alii nomini; sed deficit a ratione nominis, quia non declinatur per casus etc Sic gerundium dicitur வினையெச்சம், defectus verbi, quia habet vim et significationem verbi, actionem enim et tempus importat, sed deficit, quia nec numerum explicat nec personam De participiis nihil est addendum iis, quae in vulgari dicta sunt, nisi quod participium praeteriti potest addere ன: sic வந்த, வந்தன; கேட்ட, கேட்டன; பெற்ற, பெற்றன. Quae tamen habent hoc participium in இன, ut ஆடின, வணங்கின, ஆயின, nunquam aliud ன addere possunt Praeterea advertendum, quod participium futuri semper desinit in உம் et potest ab eo auferri ம் vel etiam உ, vel etiam consonans, cui unitur உ, si sit ய, et tunc vocatur வினைத்தொகை, ut diximus No 33 Sic pro வாழுங்குடி, வாழுகுடி et வாழ்குடி; pro அணியுங்கலன் — அணிகலன், et tunc inservit pro quocunque tempore ad exigentiam orationis Observa, quod licet ஆகும், போகும், சேரும், etiam ut participia, abbreviari possint et dici ஆம், போம், சேம், tamen, cum retineatur ultimum ம், non sunt வினைத்தொகை, nec possunt inservire pro quocumque tempore Tandem participium futuri, in poesi tantum, potest addere து et fieri a செய்யும் — செய்யுந்து, a வாழும் — வாழுந்து, a சொல்லும் — சொல்லுந்து: sic

புணரி நீர்சூழுந்து பூவலகில் யாவும்
உணரினினக் கில்லை யொப்பு,

ubi, si esset non சூழுந்து, sed tantum சூழும், versus metro peccaret.

53. Gerundia seu வினையெச்சம் tria numerant: unum pro quolibet tempore, quae tamen per nos non sunt omnia gerundia Quare 1 வினையெச்சம் praeteriti correspondet nostro gerundio in do et Tamulice terminatur in இ vel உ: சொல்லி, ஆடி, வந்து, பெற்று, ut satis dictum est in vulgari Addo hic, quod, quae desinunt in உ, hoc eliso, possunt addere என. sic வந்தென, பெற்றென, உண்டென, படித்தென Praeterea fit hoc gerundium addendo voci simplicis imperativi ஊ, பு, ஆ: sic செய்யூ, செய்பு, செய்யா, உண்ணூ, உண்பு, உண்ணா, et idem sunt, ac செய்து, உண்டு 2 வினையெச்சம் praesentis correspondet nostro ablativo absoluto et terminat per அ, quae additur simplici imperativo· sic செய, seu செய்ய, உண்ண, காண, பட, பக, வணங்க, போக Pro quo adverto, quod tunc nomen, quod hoc regit, debet esse aliud a nomine, quod regit verbum principale, v g நான் பாட நீயாடினாய் me cantante, saltasti Quod si nomen esset unum et idem, பாட spectaret ad வினையெச்சம் futuri, ut infra dicam: sic நீபாடவந்தாய் canturus venisti Adverte tamen, quod, etiamsi nunquam வினையெச்சம் praesentis seu ablativus absolutus possit regi a nomine regente verbum principale, tamen வினையெச்சம் futuri, quod aequivalet gerundio in d i vel d u m vel participio in u r u s, aliquando, sed raro potest regi a nomine diverso ab eo, quod regit verbum principale· sic தீயசுடச் சுடருமே பொன் est ablativus absolutus cum duplici nominativo· ardente igne, splendet aurum Sed பொன் சுடரச் சுடுதீய, licet duplicem nominativum habeat, est வினையெச்சம் futuri et explicatur, ut aurum splendorem acquirat ardet in fornace ignis. Quod tamen valde raro contingit, sed si nominativus sit unus, est வினையெச்சம் futuri, et si nominativus sit duplex, et diversus, est வினையெச்சம் praesentis, seu ablativus absolutus, விருத்தம்:

விண்டுபெய்யவிரிந்தனமுல்லைமேல
வண்டுபாடவந்தாடினமஞ்ஞைபக
கண்டுவாழமணிக்கழலார்குழக
கொண்டுபோகவெங்கொயயுளேயேறினார்,

ubi in duobus primis versibus duplex nomen venit, unde பெயய et பாட sunt ablativi absoluti; sed in aliis duobus versibus unicum venit nomen, unde வாழ et போக sunt வினையெச்சம futuri 3 வினையெச்சம் futuri correspondet participio in r u s vel gerundio in d i et d u m terminatur autem in அ cum unico nominativo, ut modo diximus Praeterea terminat in இய, இயர், வான, பான, பாகு: sic காணியவமமின, காணியா வந்த னன; தருவானவிளித்தனை, உண்பானெயதினன; உரைப பாக்கு; vel தரு பாக்குச சென்றன

54 Tamulenses numerant inter வினையெச்சம் futuri id, quod a nobis dicitur conjunctivus s i et terminat in இல vel இன; raro autem in ஆல, ut in vulgari: sic செயயில, வரில, வணஙகில, எகில, படில; sic செயயின, வரின Unde est ஆயின, ஆயினும pro ஆனல, ஆனலும.

55 Appendix 1 Passim apud auctores aliae quoque terminationes inveniuntur. Et 1 verbale அல addunt உம. sic கேட்டலும, செயதலும, ஆடலும, வருதலும et sumitur pro வினை யெச்சம praesentis, seu pro ablativo absoluto, sic கமபன:

இனைய கேட்டலு மெரியின வாயமெழு
கனையனைநதுளக. கதபரநதிருள.

Id est· his auditis, doluit etc Sic idem வாரசருமுனிவனெயத வருதலும வெருவி நினறுள. Id est. anachoreta prope accedente, illa timuit 2. Pro வினையெசசம praeteriti, seu pro gerundio in d o addunt aliquando voci simplicis imperativi ஈ cum அளபெடை et semper eliditur உ, si habeatur in fine: sic ex இரு fit இரீஇ pro இருநது, sic விழீஇ pro விழுநது, செலீஇ pro சென்று, தழீஇ pro தழுவி, கொளீஇ pro கொண்டு: sic திருவளளுவன குறள:

சலததாறபொருளசெய்தேமாறறல. பசு மட
கலததுநீர பெயதிரீஇயறறு

Si autem imperativus desinet in ஐ, idem participium fit, addendo huic அளபெடை. Sic வளைஇ pro வளைகக, விளைஇ pro விளைநது, அடைஇ pro அடைநது 3. Si his quae habent அளபெடை, addas அ vel அன, inservit pro participio praeteriti: sic சூழ்இய vel சூழ்இயன pro சூழுவின; கொளஇய vel கொளஇயன pro கொணட, sic விளைஇய vel விளைஇயன pro விளைநத. Sic in poemate சேமபாவணி dicto விருததம:

சூழ்இயன கலனபொருசதளாறுசுபடென க
அழ்இயன மலாபொருககொடிகளுசலகொண
டெழ்இயன கனிபொருவளைஇயகொமபுமல.
விழ்இயன விணைபொருவிளாஙகமுலலைய.

56 Appendix 2 Diximus primo No 53 ad secundum வினையெசசம terminans in அ: காண, வாழ, வணஙக, இருகக, si regatur ab eodem nominativo, quo regitur verbum principale, esse வினையெசசம futuri, si vero regatur a diverso nomine, esse வினையெசசம praesentis, seu ablativus absolutus. Simili modo dicimus hic, quod gerundia praeteriti desinentia in இ, உ, ஊ, பு, ஆ, ut சொலலி, செயது, செயயூ, செயபு, செயா, quae omnia, ut supra diximus, idem sunt et vertuntur - d i c e n d o, f a c i e n d o, praeterea வினையெசசம futuri desinens in கான, பான, பாககு haec, inquam, omnia debent habere nominativum communem cum verbo principali et nullatenus diversum sic நாஞசொலலிபபாடினென, நீயிஙஙசெயது (செயயூ, செயபு, செயயா) கெடடாய. Sic நான செலவததைததருவான vel தருவான vel பலவருததைப்படுவானபபாகநதவனதேன. 2. வினையெசசம praeteriti desinens in என, ut செயதென, வநதென, et futuri இய, இயா, ut காணிய, காணியா, item desinentia in இன seu இல, ut செயின, செயில haec omnia construi possunt vel cum eodem nominativo verbi principalis, vel cum alio diverso Sic நான வநதெனவுரைககெனவாடினென, sic நீ காணிய (காணியாவமமின, அவா காணிய, காணியா) வருமினீா, sic நாஙகெனகன முஙகபபென, நீய வெணடிலீயவான, sic திருவளளுவனகுறள:

பிறாககினனாமுறபகற செயயிற்றமககினனா
பிறபகறறாமெ வரும.

Hic செயயில venit cum diverso nominativo a வரும, verbo principali.

57 எதிரமறை வினையெசசம, gerundium verbi negativi, fit addendo voci simplicis imperativi positivi

ஆமல, ஆது, ஆ, ஆமை: sic a செய், நட, இடு, அறு, வழஙகு fit செயயாமல, செயயாது, செயயா, செயயாமை: sic நடவாமல, நடவாது, நடவா, நடவாமை; sic இடாமல, இடாது, இடா, இடாமை; sic அறாமல, அறாது etc; வழங காமல, வழஙகாது etc Unde illud நோககாது போகியே ஒனறு மீயாக கூடிய பொருள — இடட நால வாழாமை பொதும விதி pro நோககாமல, ஈயாமல, வாழாமல et sic de ceteris

§ 4

வினைககுறிபபு

58 வினைககுறிபபு Latine dici potest: Indicativum, verbi, non enim est verbum, sed nomen appellativum, quod பகுபதம supra No 27 Tamen indicat actionem verbi et construitur ut verbum et si sit வினைககுறிபபு முறறு sine alio verbo, perficit orationem Quare omne nomen substantivum பகாபபதம fieri potest appellativum பகுபதம et omne appellativum conjugari potest ut verbum et erit வினைககுறிபபு Quod sane huic linguae omnino singulare censeo, unde et hinc ejus copiam facile dignoscere fas est Cum autem ita conjugatur, assumit terminationes verborum, de quibus No 42 et praecipuae sunt hae: ஏன, ஐ, அன, அள, து, ஏம vel அம, ஈர, ஆர, அ Sic appellativum விலலினன, arcitenens, conjugatur: நான விலலினேன, நீய விலலினை, அவன விலலினன, அவள விலலினள, அது விலலிறறு, நாம விலலினேம vel விலலினம, நீர விலலினீர, அவர விலலினர, அவை விலலின Id exponitur: ego habeo arcum, tu habes arcum, ille habet arcum etc Sic uti diximus No 35 3 ex nominibus proprietatum fit பகுபதம: சிறியன, பெரியன, இனியன, கொடியன, quae ut வினைககுறிபபு conjungantur நான சிறியேன, நீய பெரியை, அவன பெரியன, அவளினியள, அது சிறிது, நாமினியேம vel இனியம, நீர கொடியீர, அவர கொடியர, அவையினிய vel இனியன et explicantur: ego sum parvulus, tu es grandior, ille est magnus Sic dicitur இறைவகொடியை,

தாயேயினியை, நீரேதண்ணியை, நீயேயெயமை, இவையுள் பால, இவை பொதுமைய, இவை நீய, அவை நல்ல sic குறள

ஆகுயபலவெஃகியறனுசெய்கசெயதபின்
ஈகுயபறபாலபல

59 Tertia persona singularis neutrius terminat, ut dixi, per து Hoc autem ı post nomina desinentia in ஐ vel ய vel ர duplicatur· sic நீயமைத்து, பொதுமைத்து, உரைத்து நடைத்து, sic பொயத்து, மெயத்து; sic பெயாத்து, உளாத்து திருவளளுவன்·

பலலாபகைகொளளிறபத்தத்தீயமைகதே
நலலாதொடாபைவிடல

Ubi தீயமைக ர est idem, ac தீயமையாகும 2 Si nomen est appellativum a positivo terminante per ல vel ள, tunc வினைககுறிபபு mutat து in று vel டு et ல in ற, ள in ட. Sic ex கடல — கடறறு; ex முதல — முகறறு; ex மேல — மேறறு, ex பால — பாறறு Sic ex நாள — நாடடு; ex பொருள — பொருடடு, ex இருள — இருடடு; sic யாாககும பொருள பொழிவாரறே மேற புகழ Sic இபபடி மாரி நாடடு 3 Eodem modo பகுபதம, quae assumunt pro இடைநிலை intermedium இன, cum fiunt வினைககுறிபபு, mutant illud ன in ற et து in று: sic விலலினன் — விலலிறறு, இருளினன in இருளிறறு; பொறபினன — பொறபிறறு. வெணபா.

வெறபிறறேசெமபொனவிரிகடறறேவெணமுததம
பொறபிற றமபூமுதைததேதேனினிமை — கறபிறறே
பெணணழகுநலறததேபோாபபொருளினபங
கணணழகுசெயகயைககேகாண

Id est in monte est aurum in mari sunt margaritae, e floribus educitur mel, in honestate consistit mulieris pulchritudo, e virtute procedunt opes et deliciae, tandem in commiseratione consistit pulchritudo oculorum Hic omnia sunt வினை-குறிபபு in tertia persona sin-

gularis neutr Pari modo quando nomen desinit in ள, aliquando, sed raro, ண mutatur in ட et து in டு Sic ex கண் forma tertii casus fit கட்டு et tunc explicatur · est apud Sic நாணுடைமைக்கட்டே நலம் - pulchritudo est apud verecundiam 4 Tandem tertia persona pluralis neut desinit in அ vel அன : sic கொடிய, பெரிய, உடைய, நடைய; முகத்த, முகத்தன, புறத்த, புறத்தன, பெயர vel பெயரின; முதல, பால, மேல, வில்லின, வெற்பின, நாள; பொருள vel பொருளள. திருவள்ளுவர்குறள் :

அகரமுதலவெழுத்தெல்லாமாதி
பகவன்முதற்றேயுலகு

Id est alphabeti literae omnes incipiunt ab A et orbis universus a Deo initium sumit, ubi முதல (incipiunt) tertia persona neut plur et முதற்று (incipit) tertia singularis et utraque explet orationis sensum.

60 வினைக்குறிப்பெச்சம், quasi participium a dicto வினைக்குறிப்பு, semper terminat in அ. ut participium praeteriti. sic கத்தயானை, கொடியசொல, இனியகுணம், அரும்பொருளவோதிரள. Quare hae voces desinentes in அ, sunt, ut ante diximus, tertia persona plur neut. வினைக்குறிப்புமுற்று et sic complent sensum orationis: sic இவையரிய — haec difficilia sunt Vel sunt, ut modo dixi வினைக்குறிப்பெச்சம் participia seu அடைமொழி, adjectiva, ut dictum est No 35 et tunc adhaerent nomini : sic அரியபொருள, அரியவழி — res difficilis, iter difficile Vel tandem possunt esse nomina appellativa பகுபதம், neutria in plurali, et tunc non nomini adhaerent, sed verbo : sic அரிய செய்தான, அரிய சொன்னான, ardua fecit, difficilia dixit Sic இனியகூறுய, சிறக்கவாய மலரே, மென்னடையவாய வன்னம Quare legentis est, ea juxta exigentiam orationis explicare

61 அன்மை, negatio essentiae et இன்மை, negatio existentiae Ex his fiunt appellativa அல்லன், இல

லன். Haec autem 1. ut வினைக்குறிப்பு sic conjugantur: நானல்லேன், இல்லேன்; நீயல்லை, இல்லை; அவனல்லன், இல்லன்; அவளல்லள், இல்லள்; அது அன்று, இன்று; நாமல்லேம், இல்லேம்; அல்லனம், இல்லனம்; நீரல்லீர், இல்லீர்; அவையல்ல, இல்ல. 2 Quando, negando essentiam unius, affirmamus esse aliud, tunc அல்லன் debet concordare persona, genere et numero cum eo, quod affirmatur et non cum eo, quod negatur, v. g non dicitur நீயல்லையவன், sed dicendum நீயல்லளவள் - non tu, sed est illa: sic அவனல்லேன்யான், non ille, sed sum ego Sic ஒன்றல்லபல et பலவன்றொன்று, விலங்கல்லன் மகன், மகளன்றுமான். 3 Si venit அது et sequatur அன்று, poetis licet dicere அதான்று 4 Ex his adjectiva sunt அல்ல, இல்ல vel அல, இல Sic அறமல்லவினைசெய்யாதே பயனில்லவினைநயவற்க. Gerundia autem sunt அன்றி, இன்றி, pro அல்லாமல், இல்லாமல் et duplicant asperam, si sequatur: quae aliquando in versu mutant இ in உ — அன்று, இன்று in eodem sensu, et tunc non duplicant sequentem Sic pro வாளன்றிப்பிடியாரா வீரர் dici potest வாளன்று பிடியாரா வீரர் Sic pro உப்பின்றிப்புற்கை dixit poeta உப்பின்று புற்கையுண்கமாகொற்கையோனே.

CAPUT IV.

இடைச்சொல்

62 Particulae, quae passim interponuntur orationi, dicuntur இடைச்சொல் Ex his particulae ஏ, ஓ, உம் satis explicatae sunt in gramatica vulgari et in ipso vulgari dictionario Praeterea என, என்று inserviunt similitudini: sic புலியெனப்பாய்ந்தான்; காரெனப்பொழிந்தான். Sic புலியென்று, காரென்று Item inserviunt numero கடலெனக்காலென pro கடலுங்காலும் Sic ஒன்றென, இரண்டென, மூன்றென vel ஒன்றென்று etc Item ad explicandas proprietates rerum வெள்ளென விளாத

தது, சிவேலெனசசிவநதது Item ad exponendum signum v. g timoris, celeritatis. sic அஞுககெனவெருவி நினறன; ஐயெனபபோனான; ஒலெலெனவொலிததது. Hoc eodem modo pro என supponi potest எனறு et sic uniuntur tum nomini, tum verbo, ut in exemplis apparet

63. Octo modis utuntur ad numerandum plura, scil: vel sine ulla conjunctione numerant vel addunt unam ex his septem particulis, quas இடைசசொல vocant: ஏ, எனறா, எனா, எனறு, என, ஒடு, உம Adverte autem, quod si sine conjunctione numeres, aut utaris ஏ, எனறா, எனா, in fine semper summam addere debes: sic அவனிவனிருவருமவநதார; நானே நீயே யவனே மூவருமபோவனம; நீயெனறாவவனெனறாவிருவருமவமமின; பாவமெனா பழியெனா பகையெனா வசசமெனா நானகு மிணைநது வருவன Aliae vero quatuor conjunctiones எனறு, என, ஒடு, உம, possunt addere, vel non, in fine summam Sic சாததனெனறு கொறறனெனறு சொனனவா வநதிலா, நானென நீயென நிறபனம; பரியொடு கரியொடு தேரொடுதானை வநதன; நீருநதீயும வேண்டுவன Haec sine summa Iterum சாததனெனறு கொறறனெனறிருவருமவநதிலா; நானென நீயெனவிருவருநிறபனம cum summa in fine Tandem hae tres conjunctiones எனறு, என, ஒடு post plura, quae numerantur, possunt semel tantum venire in fine et tunc subintelliguntur in singulis partibus· sic வினை பகை யெனவிரணடிலுங கேடிலலை; அஞசு பழி பாவமென மூனறும; பொருளிடங காலஞ சினை குணந தொழிலொடாறும

64 இடைசசொல vocantur etiam illae particulae, quae et அசைசசொல dicuntur, et sub hoc nomine eas dedi in lexico sublimioris idiomatis Ex his, quae nihil significant, sed implent et ornant orationem, viginti numerantur, quae communes sunt, et aliae decem quae propriae sunt pro secunda persona, unde et dicuntur முனனிலையசைசசொல. Ex omnibus autem,

quae saepius occurrunt, sunt: அமம, அரோ, ஆம், ஆல, ஓரும, எனறு, மனனே, மா, மாது, மாதோ etc Sic வநதானரோ, போனுனெனறே, கூறுகமனனே, கூறமாதோ.

CAPUT V.

உரிசசொல ADVERBIA

65. உரிமை est proprietas rei Hinc உரிசசொல sunt particulae, quae has proprietates important et bene dici possunt: adverbia Sic நனி multum, கடி cito, சால multum etc : sic நனி நயநதான. கடிபோயினுன், சால வாழவான Adverbia in hac lingua pauca sunt et in lexicis inveniuntur

FINIS PARTIS SECUNDAE

PARS TERTIA.

பொருளதிகாரம்.

1 Nomine பொருள் hic Tamulenses intelligunt materiam, ex qua fit oratio, ejusque amplificationem In duas partes eam dividunt: அகப்பொருள் dicitur una, et புறப்பொருள் altera, quasi materies interior et exterior Sed cum tot sint animi affectiones ac passiones, ipsi de அகப்பொருள் fuse disserentes lascivos amores tantum ad nauseam profuse exponunt Atque ut hic praecipuas eorum divisiones saltem proponam: amor alterutrius tantum vocatur கைக்கிளை seu ஒருதலைக் காமம்; amor non reciprocus பெருந்திணை seu பொருந் தாக்காமம்; amor reciprocus ஐந்திணை seu அன்புடைக் காமம் Hic ஐந்திணை sunt quinque species, in quas terram omnem dividunt: குறிஞ்சி ager montanus, முல்லை pascualis et arboretis plenus, மருதம் irriguus, நெய்தல maritimus, பாலை arens, sine aqua, desertum Subinde mores ac his tribus amoribus propriae consuetudines vocantur கைக்கோள் Has autem dividunt in களவு et கற்பு, quasi amor furtivus et honestus Deinde exponunt connubium seu வதுவை, ejusque festa ac delicias Subinde est வரைவு seu sponsorum separatio ob mercaturam, militiam etc; ibique sponsae querelae ac lamentationes In his autem 400 praecepta inepte tradunt, et cum, quod libet ex his, per singulos கவித்துறை decantant, carmen vocatur கோவை, quod propterea 400 versus கவித்துறை dictos numerat De aliis autem animi affectionibus ac passionibus nihil omnino dicunt

2 புறப்பொருள், materies externa. Hanc ad bellum unice coarctant et de hoc satis inepte loquuntur In septem classes omnia, · quae ad bellum spectant, dividunt easque vocant a nomine septem planetarum, unde victoribus coronas innectunt, scilicet: 1 iis, qui hostium agros depopulando eorum armenta abducunt, வெட்சி; 2 iis, qui ablata ab hostibus armenta recuperando reducunt, கரந்தை; 3 iis, qui in hostes incursiones faciunt, வஞ்சி; 4 iis, qui advenientes hostes fortiter sustinent, காஞ்சி; 5 iis, qui arcem defendunt, நொச்சி; 6 iis, qui hostilem arcem intercipiunt, உழிஞை, 7 iis, qui tandem pugnando plene de hostibus victores evadunt, தும்பை Singulis autem ex his proeliandi modis plura assignant praecepta, nec quidquam aliud nomine — புறப்பொருள் — explicant Nihil de scientiis, de regimine, de mercatura et hujusmodi quam pluribus Quare in libro, de quo supra, தொன்னூல் விளக்கம் dicto, nostras rhetorum leges sequendo plura de amplificatione scripsi: quae tamen hic, cum illius facultatis magistros alloquar, repetere ineptum esset.

CAPUT I

உரிமை (PROPRIETATES LOCUTIONIS)

3. Proprietates rerum et locutiones, quas hic tradendas esse censeo, huic regioni fere omnes speciales sunt, unde omnino earum expositio necessaria videtur Quinque hic proprietatum classes distinguunt: proprietates temporum, locorum, conditionum, consuetudinum et verborum De singulis pauca sejunctim loquar.

§ 1

காலவுரிமை (PROPRIETAS TEMPORUM.)

4. Nomine temporis veniunt tum partes anni, quas பருவம் vocant, tum partes diei, quae பொழுது dicuntur Anni பருவம் sunt sex et singulis assignant duos menses 1 கார்பருவம், Augustus et September, et est tempus pluviae 2. கூதிர்ப்பருவம், tempus frigoris: October et November. 3 முன்பனிப்பருவம், tempus primi roris: December et Januarius 4 பின்பனிப் பருவம், tempus ultimi roris: Februarius et Martius. 5 வசந்தம் seu இளவேனிற்பருவம், tempus veris: Aprilis et Majus 6. முதிரவேனிற்பருவம், tempus aestatis: Junius et Julius, quam divisionem tamen non satis temporum varietati convenire apparet De his autem singulis prius loquar, subinde de divisione diei

5 Proprietates temporis pluviae sunt: boream flare, insectum valde rubro-perlucidum இந்திரகோபம் dictum, pavones et avem, கேகயப்புள் dictam, palam fieri et laetari, plantas et arbores, dictas ஈந்தள, கொன்றை கழுதாளி, வேங்கைமரம், காக்கணஞ்செடி, முல்லை, கடம்பு, காயா et கருந்து flores emittere; cisnum, psittacum et avem, குயில் dictam, dolentes recedere; flores omnes aquaticos aquis abscondi

6 Proprietates temporis frigoris sunt: flare ventum frigidum; aves குருகு et சகோரப்புள் dictas, et cisnum et ardeam: item cancrum, conchylium சங்கு et limacem eo tempore laetari, aquam clare fieri; pisces ova concipere, nubes aquam colligere; plantas et arbores, dictas பரிசாதம், சிறுசெண்பகம், சேம பாதகை, et sandalum, nec non vimen, நாணல் dictum, tunc florescere Praeter dicta, caetera animata omnia et homines simul eo tempore molestiam pati

7. Proprietates primi roris; ventum ab oriente, கொண்டல dictum, flare; coccydem, noctuam et avem, quae suspenso libratur nido, தூக்கணங்குருவி dictam, eo tempore laetantes canere; arborem மா et plantam செவந்தி florescere; arborem இலந்தை et arbustum குன்றிமணி fructus edere; oryzam maturescere et sacchaream arundinem ad suam perfectionem pervenire

8 Proprietates ultimi roris. ventum flare ab oriente ad austrum, உலவை dictum; columbarum ac turturum species omnes, sicuti et sylvestres pullos gallinaceos laetantes garrire; arbores, குங்குமம et இலவு dictas, florescere, palmam vero sylvestrem ac dactyliferam fructus maturescere, arbustum tandem பருத்தி dictum, fructus suos findens exhibere gossypium.

9 Veri proprium dicunt: australem ventum, தென்றல dictum, leniter insuflare, bruchos, psittacos ac aves பூவை, அன்றில et குயில dictas, passim canere, fructus mangas copiose maturescere, aquaticos flores abundare et arbores மகிழ், தாழை, புன்னை, செண்பகம dictas, aliasve plures flores emittere; quae tempore pluviae laetari diximus, nunc contristari

10 Tandem aestati proprium dicunt. ventum ab occidente கோடை dictum, flare; aestus exhalare terram· cornices, coturnices, alaudes, perdices et aves, வலியான dictas, laetantes garrire; caeteras aves, caetera animalia et homines nimio aestu marcescere; arbores புளி et பாதிரி dictas, tum gelsimini species omnes florescere; arbores, பாலை, காஞ்சிரம, நாவல, இலுப்பை dictas, fructus maturare

11 Quare servanda est haec temporum ratio et quae uni tempori propria sunt, alteri non attribuere·

nisi si aliquando unum et alterum, uni aetati proprium, aptetur aetati ei proximae, ut fit a poeta கம்பன், qui in parte கிட்கிந்தாகாண்டம் cap கார்காலப்படலம் inscripto, confundit plura, quae propria sunt tempori pluviae et frigoris Sed reprobant auctores, quod est in poemate நைடதம் dicto, alias merito ab omnibus laudato, ubi capite இளவேனிற்படலம் dicto, veri attribuit, quae tempori pluviae propriae sunt Dicit enim விருத்தம்:

களஞ்சுபிரத்தலரு முல்லைக்கடிமுகை முறுவறேன்ற
வளரிதடக் குவளையுண்கண் மலர்ந்துபார்ந்தளிர்மென்கையார்ற
கிளிளைமென்குதலைசொற்கிக்கிளரொளிவண்டுபாணுத்
தெள்விழியாடவேனிற்றிருமகள்சிறந்ததன்றே

et aliud·
அரவமேகலையாயிழையார்க்குயா
குரவம்பாவைகொடுக்கதொகுகிமென்
முருகுலாமலர்மொய்த்தகடம்பினம்,
பரிவிசேறுடனெண்பந்துகொடுத்தலே

Hic enim veris tempore floruisse dicit plantas, முல்லை et கடம்பு dictas, quorum flores proprii sunt temporis pluviae, quare in hac re caute procedendum est, siquidem etiam apud nos reprehenderetur, qui poma daret veri et hiemi flores

12. In sex quoque partes dividunt diem, cui cum sexaginta horas seu நாழிகை tribuant, decem conveniunt singulis partibus, easque ab occasu solis initium sumentes vocant: மாலை, யாமம், வைகறை, விடியல், உச்சிப்பகல், ஏற்பாடு Quare 1 மாலை est ab occasu solis ad decimam noctis, eique propria dicunt: florescere குவளை et claudi தாமரை; aves ad arboreta grandi strepitu se recipere; vaccas lactantium filiorum memores mugiendo domum revertere Ex 42 musicae sonis, quos ipsi assignant, sono கன்னடம் et காம்போதி dicto canere 2. யாமம் a decima hora ad vicesimam noctis Huic propria dicunt: somnum

musicae ஆகரி dictum; coccydem et avem சகோரம் dictam laetari; mare veluti intumescere; silentium et latrocinia. 3 வைகறை a vicesima ad tricesimam horam noctis, seu ad ortum solis; cantus galli, somnia, stellarum fulgoris diminutio, phospori ortus, religiosorum hominum ad deum preces, soni ராமகலி et இந்தோளம் dicti; haec omnia illi tempori propria dicuntur 4 விடியல ab ortu solis ad decimam horam diei Viventia omnia eo tempore e somno laeta surgunt et primos lucidi planetae radios salutant Tunc ubique terrarum flores omnes et in aquis தாமரை os suum aperiens, haurientesve solis radios undequaque odorem, qui mane suavior est, emanant 5 உச்சிப்பகல a decima hora diei ad vicesimam, meridies Tunc laetatur tantum avis, சக்ரவாகப்புள் dicta Tunc abundant exhalationes aestuosae ac densae, quas பேயத்தேர i e currum diaboli vocant, tunc in aquas immergi, ibique jacere bubalis pergratum est Tunc proprius est sonus musicae சாரங்கம dictus 6 Tandem எற்பாடு a vicesima hora diei ad occasum solis Tunc proprium est: umbras extendi; coelum rubescere, agnos haedos aliosque ovium parvulos laetantes susultare; ac tandem sonis காமி et கலியாணி dictis canere Quare observandum est, ne, quae propria unius temporis sunt, alteri tribuantur. Sic வெணபா:

செஙகமலவாயகுவியததேஙகுமுதஙகணமலா
வெஙகுநெடுவானினிகிழைபப — பபொஙகுதையத
தோராழிததெரோனெழிலாழுவநததே
நிராழிசூழுநததிலம

Hoc reprobatur, quia தாமரை claudi குமுதம aperiri et sydera apparere pertinent ad occasum solis et ibi dicuntur de ejusdem ortu Aliquando tamen eleganter et per figuram rethoricae sic confundi possunt proprietates temporum, unde laudatur hoc வெணபா:

மண்டபத்துமாணிக்கச்சோதியாலவாவிவாய்
புண்டரீகமாலைப்பொழுதலருந் — தண்டரளத்
தாமஞ்சொரியுந்தகைநிலவானமெல்லாம்பால்
பூமலருங்காலைப்பொழுது

Hic mutato ordine dicitur தாமரை sero et குமுதம் mane florescere: quod tamen laudatur, quia per hyperbolem dictum est, ut laudet carbunculum, cujus splendorem solis lucem aestimans தாமரை vespere floruit et ut laudet margaritarum monile, ad cujus conspectum, quasi crescens luna esset, mane flos குமுதம் apertus est

§ 2

இடவுரிமை. (Locorum Proprietas)

13 Quinque, ut diximus supra, agnoscunt agrorum species குறிஞ்சி, ager montanus, பாலை, ager arens desertum, முல்லை, ager pascualis et arboribus consitus, மருதம், ager irriguus, நெய்தல், ager maritimus Singulis ex his 14 assignant proprietates, quas communi voce கரு vocant Sunt autem 1 deus, qui ibi specialiter colitur, 2 titulus regis ac reginae talis loci, 3 nomen incolarum, 4 aves, 5 animalia; 6. nomen, quo vocant eorum oppida; 7 aquae, quae ibi abundant; 8 flores; 9 arbores; 10 frumentorum genus; 11 tympanum; 12 citara; 13 musica; 14. officia Omnia seorsim singulis agrorum speciebus propria referam

14 குறிஞ்சி – Deus: குமரன்; rex: பொருப்பன், வெற்பன், சிலம்பன், et regina குறத்தி, கொடிச்சி Incolae: குறவர், கானவர், குறத்தியர் Aves: psittacus, pavo Animalia: tigris, leo ursus, elephas Oppidum: சிறுகுடி Aqua: fluvius, fontes Flores et arbores: வேங்கை, குறிஞ்சி, காந்தள், சந்தனம், தேக்கு, அகில், அசோகு,

புன்னை Frumenta, quae comedunt. semina arundinis மூங்கில dictae; oryzae species, quae ஐவனம et quae தோரை dicitur; insuper panicum Tympanum: தொண்டகம Cithara. குறிஞ்சியாழ Musica: குறிஞ்சியிசைப பாட்டு Officia: serere agros, e panico aves arcere, mel extrahere, radices bulbosas ad cibum evellere, lavare se in fontibus etc.

15 பாலை Deus: காளி. Rex et regina. காளை, விடலை, மீளி, யெற்றி Incolae: எயினர், எயிற்றியர், மறவர், மறத்தியர் Aves. turturae, milvi, vultures Animalia: silvestris canis, செந்நாய dictus Oppida: குறும்பு Aqua: puteus Flores et arbores: குரா, சிறுபூளை, பாலை, மரா, கள்ளி Frumenta, quae comedunt: ea, quae furto ac rapina aliunde comparare possunt Tympanum. துடி Cithara. பாலையாழ Musica. பஞ்சுரம, வெஞ்சமம. Officium: si forte turbo venti adveniat, ibi ab aestu solari

16 முல்லை. Deus. விட்டுணு Rex et regina. குறும்பொறை, நாடன், தோன்றல, மனைவி, கிழத்தி. Incolae: இடையர், இடைச்சியர், மரயர், மாச்சியர் Aves. galina silvestris Animalia. damae, cervi, lepores Oppida: பாடி Aqua. parva stagna et torrentes Flores et arbores. துளசி, முல்லை, செங்காந்தள, கொன்றை, காயா, குருந்தம Frumenta: வரகு, சாமை, காரா மணிப்பயறு Tympanum: பம்பை Cithara. முல்லையாழ Musica: சாதாரி. Officia. dicta frumenta serere, colere, colligere, pascere greges, fistula pastorali canere et vociferando choreas ducere ac tandem in torrentibus se lavare

17 மருதம Deus: தேவேந்திரன Rex et regina: ஊரான், கிழவன, கிழத்தி, மனைவி Incolae· உழவர், உழத்தியர், கடையர், கடைச்சியர் Aves. cygnus, ardea, anates, அன்றில, நாரை, போதா, கம்புள, குருகு· Ani-

malia · bubali et canes aquatici Oppida. பேரூர், மூதூர் Aqua flumen Flores et arbores: தாமரை, கழுநீர், குவளை, மகிழ், காஞ்சி, வலஞ்சி, மருதம் Frumenta quamplures oryzae species Tympana: கிணை, மணப்பறை, முரசு முழவு Cithara: மருதயாழ். Musica: மருதம் Officia; ingenti pompa festa celebrare; oryzae segetes colere; in fluvio et stagnis se lavare

18 நெய்தல் Deus: வருணன் Rex et regina· சேர்ப்பன், புலம்பன், பரத்தி, நுளைச்சி. Incolae: பரதர், பரத்தியர், நுளையர், நுளைச்சியர், உளவர், அளத்தியர் Aves: cornix maritima Animalia: சுறா, quod, licet sit piscis, inter animalia numeratur Oppida: பாக்கம், பட்டினம் Aqua: mare et saluginosae aquae, puteus Flores et arbores: தாழை, கடம்பு, புளனி, புன்னை, கொஙகு Cibus Pisces et quae, vendito pisce et sale, sibi emunt frumenta Tympana· கோட்பறை, பம்பை Cithara: விளரியாழ் Musica· செவ்வழி Officium: piscari, captos pisces sale conspergere, conspersos sole siccare, sic siccatos vendere et in mari se lavare

19 Cum haec omnia singulis locis propria dicuntur, non excluduntur alia, quae ibi esse possunt, sed non ut propria, et hanc proprietatem observare, dicitur இடவுரிமை Advertendum quoque, quod non omnis fert omnia tellus Unde in monte இமையம் dicto sunt elephantes et in monte பொதியமலை dicto non elephantes, sed sandali arbores multae sunt; quare error esset, laudare hunc montem ab elephantibus et illum a sandalo, et sic de caeteris, quod studio ac usu edisci potest.

§ 3.

பண்புரிமை (Conditionum Proprietas).

20 Hic nomine பண்பு seu குணம் intelligunt 1 tribuum diversitatem, 2 passiones animi, 3 figu-

ram, mensuram, colorem rei et hujusmodi Quare 1 quatuor hic sunt praecipuae, ac nobiles tribus: Brachmanes, அந்தணர் dicti, e regia tribu homines, அரசர், licet nunquam regimen habeant, et passim pauperes sint, வணிகர் mercatores, et tandem குத்திரர், agricolae, pastores et operarii Horum singulis diversa tribuunt officia ac 1 dicunt, divinam edocere legem Brachmanibus tantum convenire, eam autem ediscere Brachmanibus, regibus et mercatoribus proprium esse; quarti vero ordinis hominibus id interdictum esse volunt, caeteras autem scientias et artes omnes ediscere possunt, quod quam injustum sit et rationi dissonum, hic referre omnino supervacaneum est 2 Arma tractare, elephantes, equos ac currus regere, exceptis Brachmanibus, caeteris communia sunt 3 Custodire alienam provinciam, quod vocant பாதுகாவல், omnibus convenit, sed custodes proprii regni sunt tantum reges 4 Ad exteros reges legatione fungere Brachmanibus et regiae tribus hominibus proprium dicunt Si vero quis tertii vel quarti ordinis praecipuo a rege donatus sit nomine, ille quoque et legatione fungere et propriae provinciae custos esse potest

21 Passiones animi De his nihil dicunt praeter id, quod nostri rhetores docent, sive quoad modum excitandi in auditoribus varios animi affectus, sive quoad effectus cujuslibet passionis Siquidem manifestum est, quantum unus idemque vir agat et loquatur diverso prorsus modo, quando desiderio vel amore afficitur, et quando ipsemet odio aut ira correptus est, quae diligenter observare மெய்ப்பாடு vocant

22 Qnoad figuram, mensuram etc, dicunt observari proprietates, quando dicuntur non communia,

sed quae specialia cujuslibet rei sunt; ex gr si dicas பைந்தினை, பைவரகு, communis conditio est: siquidem segetes omnes virides sunt, antequam maturescant Si autem dicas செறிகுரற்றினை et தாறுறுக்கிளைவரகு, est speciale, quia explicat spicas proprias hujusmodi segetum Sic பசுங்கதலி, உயர்தெங்கு commune aliis arboribus; sed விரிதலைக்கதலி et முரவிலைத்தெங்கு his specificum Et error sane non est, communes conditiones rerum afferre, sed valde laudandum addere specificas De his loquar, ubi de figura, தனமை dicta

23 Nomine ஒழுக்குரிமை hortari intelligunt, ne improbabilia dicantur, sed attendamus ad id, quod solet accidere Hinc bene reprobant hoc வெணபா:

அலைகடல்களேழுந் தூரத்தந்தரத்தினூடே
மலையனையமாவினையானையோட்டிக கலவரை
நீருங்கிவையநெடுங்குடையின்கீழ்வைத்தான்
மருசசிரமாணித்தாமன

Ubi de unius provinciae rege dicitur, maria omnia opplevisse, et per aera elephantes duxisse; quae nec de universali et absoluto terrarum orbis rege apte dicerentur

§ 4.

சொலலுரிமை. (De Proprietate Locutionis)

24 Quatuor dictionum genera distinguunt Tamulenses சனுக்கிரகம, சங்கதம; utramque deorum proprias inepte dicunt Insuper அவபபிரஞசனம, propriam semi-deorum, quos இழிசினா vocant Tandem பாதகம, propria cujuslibet regi et provinciae Hanc subdividunt in தறபவம, தறசமம, தேசிகம Ex his dictio pure Grandonica தறபவம: sic பாபம, அபாபம, நயம, நதியம, நித்தியம. Dictio Grandonicis et Tamulicis communis. தறசமம, sic குங்குமம, உலகம,

மலையம், மாருதம Dictio pure Tamulica தேசிகம்: sic நிலம், நீர், தீ, வளி, சோறு In versu autem miscere Tamulicis verba Grondonica, ut Latinis Graeca, saepe laudant et hujusmodi carmen dicitur உறுப்புச்செய்யுள ex gr வெண்பா.

தராதரதெரடப்பத்தராதலதகோகுசி
வராதரத்தந்தரதிலவாழ-பப்ராகச
சிரசரணுகத்திரவிதிகக்ளமினபூணட்ாட
கரசரணுதிதொரபீரக்ணடு

25 Ut autem peculiariter de lingua செந்தமிழ் loquar · hujus dictiones dividuntur in இயலபுவழக்கு et தகுதிவழக்கு Ad இயல்புவழக்கு spectant இலக்கண மொழி, இலக்கணபோலிமொழி, மரூஉமொழி Sic நிலம், நீர், தீ, வளி, ஆகாயம், கூழ், பால, பாகு, பாளிதம், மாந்தர், புள், விலங்கு, quae sunt juxta regulas Tamulici sermonis, dicuntur இலக்கணமொழி Quae vero non sunt juxta regulas, sed a classicis auctoribus usurpantur, dicuntur இலக்கணபோலிமொழி: sic pro இல்முன — முன்றில; pro கோவில — கோயில, pro பொதுவில பொதியில, pro கண்மீ — மீகண், pro யாவர — யார், pro எவன — என Tandem quae sunt contra regulas, sed apud auctores usu invaluerunt, dicuntur மரூஉமொழி: sic pro சோழநாடு — சோணாடு, pro மலையமானாடு — மலாடு, pro மடகடடு — மணணகட்டி. Praeterea ad தகுதிவழக்கு spectant இடக்கரடக்கல, மங்கலமரபு, குழூஉக்குறி Si dictiones, quae unum dicunt et aliud intelligendum designant, quod explicare nolunt, dicuntur இடக்கரடக்கல Sic ut dicant உண்டுவருதும், saepe dicunt கானமேனீர பெயதுவருதும vel வாயபூசிவருதும vel அந்திதொழுதுவருதும Insuper, quae, ut rei defectum vel deformitatem abscondant, eam cum laude nominant, dicuntur மங்கலமரபு மொழி. Sic pro செற்றார் — துஞ்சினார், pro ஓலை — திருமுகம pro சுடுகாடு — நன்காடு, pro காராடு — வெள்ளாடு, pro யமன — தருமன், ut apud nos dicitur lucus, qui

minime lucet, et Parca, quae nemini parcit Tandem quae in coetu quorundam hominum tantum usurpantur, dicuntur குழூஉககுறி Sic aurifices aurum பறி dicunt; elephantum ductores மாரை, vestem, vocant, homines silvestres களஞு dicunt சொலவிளமபி

26. Insuper sunt குறிபபுசசொல, et sic dicuntur dictiones veluti mysticae, quae denotant aliud ab eo, quod exprimuut, ut sunt பொதுசசொல, de quibus P II, No 3 Item novem விகாரம P I, No 30, sic தொகுகிவழககு hic numero superiori; வினைககுறிபபு P II, No 58; ஆகுபெயா P. II, No 6; அனமொழிததொகை P, II, No 33 et similia Advertendum tamen, ne, dum mystice loqui volueris, obscurus fias, quare scribentis prudentiae est, addere seu verbum seu adjectivum seu aliam quamcumque dictionem, unde appareat, quid ipse intelligat, licet illud non exprimat: ex gr நாகம் est *ஙரிசொல, plura significans; etenim serpens, elephas, simius, nubes Haec dictio, pluribus communis, fit eleganter propria cuilibet, addito uno veluti adjectivo sic பைநாகம specifice est serpens, மொயநாகம elephas, இருஙகநாகம simius, பெயநாகம nubes, quod perspicuum et elegans est; sic hoc விருததம:

மொயநாசமொதகிருணடுமுழஙகிநெடுமின்னெரிபப
மெயநாகநீரபொழியுமபெருஙகயபூஙகொம்பிலிரு
கைநாகஙகுதிததாடிககளிததனகாலுளமலெருவப
பைநாகஙகணடலறிபபதறியுளொங்கோடினவே

Elegantius adhuc erit, si hujusmodi dictioni addatur vel adjectivum vel participium, quod oppositum videatur notioni primae ac obviae illius vocabuli ex gr புணடரீகம obvie significat florem தாமரை, sed etiam significat tigridem. pro quo dicas பூவாத புணடரீகம். Oppositum autem est தாமரை non florescere et புணடரீகம non florescens nihil aliud est, quam

52. விருத்தம் species carminis omnium usitatissima, qua poemata omnia scripta sunt; sic சிந்தாமணி, ராமாயணம், பாரதம், நெகிளதம், தேம்பாவணி, 18 புராணங்கள் etc Debet semper habere sub uno எதுகை quatuor versus et numero et qualitate pedum aequales Unde est nomen விருத்தம், quod interpretatur: circulus Qualitas autem pedum sumitur a terminatione, hoc modo: aequales censentur duo pedes desinentes per மா et duos per விளம் ac tandem quatuor per காய், ut dictum est Cap I, No 3 Sic desinentes per மாங்கனி et per விளங்கனி inter se aequales sunt Ex பொதுச்சீர் aequales censentur a மா et விளம். Quare eo loco ubi in uno versu strophae venit v. g கருவிளம், eodem loco in aliis potest venire கருவிளம் et கூவிளம், sed non தேமா Sic ubi venit புளிமா, ibi in aliis versibus potest venire புளிமா vel தேமா, sed non alii pedes. At ubi venit v g தேமாங்காய், in aliis possunt venire alii காய் , quia, ut diximus, pedes desinentes per காய், omnes sunt sibi aequales Unde etiam, si pedes hoc modo varientur, carmen tamen dicetur habere versus qualitate pedum aequales Exemplum ex தேம்பாவணி.

வேனோ - நிறுவியம் - வேசரிநோ - விரிந்தாங் - கிளைத்தன - மயிராசசெவியா
ஞானேரொழுகியபிணக்குபவை - புதடநொறிய - பேழவாயான
காநேர்நெருங்கியுநதேஙகிலேநோ - கழுநீளசிவந்தனதாடியினை
ருனேரினறிமாசொருஙகனைத்துந - தாஙகுமவானரமுகவடிவான்

Hoc vinctum in singulis versibus habet sex pedes hoc ordine: மா, விளம், காய், மா, விளம், காய் De primo

pede, cum ibi veniat எதுகை, nulla est quaestio; semper debet esse idem pes Quoad alios, secundus pes in quarto versu est கூவிளம், in aliis tribus கருவிளம்; tertius pes in primo et tertio versu est கூவிளங்காய் In secundo versu புளிமாங்காய் et in quarto கருவிளங்காய்; quartus pes in quarto versu est தேமா, in aliis tribus புளிமா; quintus pes in primo et tertio versu est கருவிளம், in secundo et quarto கூவிளம்; sextus tandem pes in primo et quarto versu est கருவிளங்காய், in secundo தேமாங்காய், in tertio கூவிளங்காய் Licet autem ita varientur pedes, cum servatae sint regulae modo traditae, ut veniat pro மா - மா, pro காய்-காய், pro விளம் - விளம், non variatur sonus et versus dicuntur esse pedum numero et qualitate aequales Si vero varietur hic ordo et pro மா veniat v g விளம், seu etiam pedes mutentur loco, ut iidem pedes veniant, sed non eodem ordine ac loco, fit விருத்தம் sono omnino diverso et dicitur வேறோசந்தம். Sic in poemate ராமாயணம் 1200 strophae omnes sunt விருத்தம் et 87 சந்தம், i e diverso sono ac numero ac qualitate pedum diversi விருத்தம் Sic in தேம்பாவணி, ubi 3615 strophae, eo modo சந்தம் 90 inveniuntur, et in poematibus omnibus omnes விருத்தம், qui veniunt sub eodem வேறு, habent eundem சந்தம் seu sonum et si attente eos consideres, invenies omnino aequales et numero et qualitate modo dicta pedum Quod si variata hac aequalitate variandus sit sonus, notatur வேறு Qui autem aures ad musicos concentus faciles habent et quos audiunt modulos, concinne reddere possunt, has regulas scrupulosius observare non tenetur, praecipue in versu சந்தவிருத்தம் dicto, de quo infra Attamen sic ad auriculam compacti versus, saepe asperi ac veluti claudicantur, decidunt, unde regulas quoque scire ac saepe observare opus est

53 Quare carmen, quod sic quatuor versibus

omnino aequalibus procedit, est விருததம Si autem singuli versus sint குறளடி, duorum pedum, dicitur வஞசிததுறைவிருததம Si சிநதடி, trium pedum, dicitur வஞசிவிருததம Si அளவடி, quatuor pedum, dicitur கலிவிருததம Si quatuor pedum, addito தனிச சொல singulis versibus, est வெளிவிருததம Si நெடிலடி, quinque pedum, கலிததுறைவிருததம Si கழிநெடிலடி, sex pedum et ultra, est அசிரியவிருததம Exempla

குறளடி வண்டிமிருமவாயமலாககாக
கணடிமிருஙகாவனலலூா
பணடினிதாளபாவைபணிங
தணடினரேபணடாரோ.

சிநதடி. ஆலைவாயடுஙகழைததேனுஞ
சோலைவாயசுவைககனிததேனு
மாலைவாயவழிமலாததேனும
வேலைவாயமடுபபமீனமேயும

அளவடி தீயமுகததிணஙகிலாதிலலைசசெஞசுடா
காயமுகததிருளிலைசசுழுறநததமே
பாயமுகததணையிலையனபுபறறிய
வாயமுகததரியதோாருருததமிலலையால.

அளவடி தனிசசொல. துன்னிததொனனேயநீாநதுததிபபாா - ஒருபாலாா
செனனிதாராயசசீறடிகொளவாா - ஒருபாலாா
உனனிககுனறுவனபுகழாாபபாா - ஒருபாலாா
கனனிததாயுனகாவலிலவாழவாா - ஒருபாலாா. -

நெடிலடி. இன்றேயுளளோரனறவாமாளவாரிதுவல்லாற
பொனறுருண்டோாபூகலமெஙகுமபுகழவிஞசக
குனறுமினனுஙகாசொளிகொணமாமுடி
கொண்டே
நின்றுருளஞுமபொனறுயிாநீஙகாதெலனுண
டோ -

கழிநெடிலடி : மணிபுரையரும்பிவானமீன்வடிவொடுமலர்ந
6 pedum: துவெணமுத
தணிபுரைமணஙகொடேனபெயயழகலரன
றுவாடித
துணிபுரைகீழவீழநதாயதூளிகூைககண
டுஞசெனமப
பிணிபுரைபிணிததயாமோபோகிலாவாழது
மெனபார் -

7 pedum: தூமமேய்க்கிருண்டகுழலினார்மார்பறறுளங
கியமுததணிவடமேற
காமனேகளிபபுறறாசலாடியகாலககசடறுமிவா
வரககணடு
வீமமேபுறறுநடுஙகொடுவெழுவிவீழநதுளததழற
றழலாறித
தாமமேயளிபோறகுளிரவுடகளிததுககதயவொ
டுநிதறபபுகழநதா -

8 pedum: கனிமாலைசிலையோநததீந்தேனேந்துங
காவனலூராவலரூரநதணுஙகிபபோற்றும்
பனிமாலையோநகிரவிககதிர்செயமாலை
பறறினடாளபறறினர்வாழநாளிறருகத்
துனிமாலைதோனறியுயிர்ககநகிமாலை
தோனருமுன்றுகிமாலைகொணடுபைம்பொன்
னனிமாலைததிருககோயிலிடததாளதேவ
நஙகைதிருவஙகைதருமாலைசூடா -

Et sic de caeteris, licet excedere octo pedes in poemate non laudatur

54 சந்தவிருத்தம், quod et வண்ணவிருத்தம seu குழிபபுவிருததம் dicitur In hac specie non considerantur pedes modo ante dicto No 52, sed considerantur vel literae omnes vel saltem அசை, ita ut eodem ordine in omnibus ejusdem strophae versibus eodem loco veniant iidem அசை seu, quod melius, eaedem breves, longae, et consonantes et si non eaedem, saltem ejusdem classis asperae ; tenues et mediae.

Ultima tamen syllaba cujuslibet versus non adeo curatur, ut aliquando non possit mutari seu variari Exemplum ex தேமபாவணி:

அழலெழவளைததசாபவிருமுகிலளவிலபணிததபாணமழை
யொடு
விழலெழமறைததவானமிருளுறநிரைநிரையெடுதததானை
முரிதரப
பழலெழவுரைததவாளிவழிவழிபுனலெனவிரததமோடவிரு
வாரு
சுழலெழவுரைததவாரியெனவினைதொடுமுறையுரைபபதூவி
னளவதோ.—

Hic in fine secundi et tertii versus est consonans, ibi aspera, hic tenuis, et non in primo, in fine autem quarti versus est longa et in aliis syllaba brevis Sed in fine totius strophae hoc ad elegantiam admittitur Exemplum pro அசைசசநதவிருததம ex தேமபாவணி:

வரையீரபுனலேமழையீரவரையே
விரையீர மருவீரபூநதடமே
சுனையீரமலாதவழதாடைசூழபொழிலே
புரையீ ரயிரிலாவியிருளருளியே

Hic, ut patet, servatur ordo omnium அசை et semper, ubi semel est நிரை, venit நிரை et ubi நோ, semper venit நோ, licet literae varient

55 Praeter has species carminis விருததம, quae ab omnibus ubique usurpantur, apud eximium poetam in suo சிநதாமணி invenitur alia species, quae habet quatuor versus numero pedum aequales, sed non qualitate, ut dictum est requiri No 52. Sed constanter habent connexionem pedum வெணடளை dictam, unde illi convenit செபபலோசை, i e hoc carmen canendum est sono வெண்பா proprio Sic சிநதாமணி:

வீங்கோத - வணணவ - விரைததுமபும - பூமபிண்டித
தேமகோதை - முககுடை - ததேவா - பெருமானை

தேவர் - பெருமானை - தசேனா - மலாசிதறி
நாவி - னவிறருந்தா - வீடடிலக - நணாறுரே -

Sic ex தேமபாவணி:

பாறகடலென - னுளளப - பதும - மலாருமப
நாறகடலே - யீஙகுதிததாய - நுஙமலாககண - முககருமா
நுஙமலர்ககண - முககருமப - சோயசெய - வீனசெயநதன
எனமலாககண - முததருமப - வினறு - வீனை - தீாததால.

Praeterea in celebri poemate பாரதம dicto in tertia pugna versu 56 venit விருததம habens quatuor versus quatuor pedum Sed ex his bini ac bini habent diversum எதுகை, quod est ஆடிமொனை et பொழிப பெதுகை scilic si venit in principio et in medio versus Vide, quae diximus No 14. Sic:

பறபலரு - மககிரதா - விறபலவ - ணகடுவெகா
சொறபொலிவ - யபபாழி - சிறசிலதொ - டுததனகாற
பெயகணைய - டஙகவின - னெயயணைவி - லடுடவ
மொயசணைய - னநதமிவன -விமெயயணைய - வநதினனே.

Hac sunt omnes species carminum primae et subalternae No 17, quae autem revera carmina non sunt, nec metri leges servant, sed ita compacta sunt ut sono carmini consonent ut est libellus கொனறைவேநதன dictus et அவவையும பிசாவுர etc, quae primo a pueris in scholis discuntur, omnia communi vocabulo கததியம dicuntur, sicuti versus omnes Grandonice uno nomine vocantur பததியம.

CAPUT IV.

56 Hic loquendum de diversitate ac proprietate carminum, ut sunt apud nos ode, elegia satyra, epigramma etc, de quo fuse agitur in libro பாடடியல

dicto Hoc eodem nomine tres auctores de hac re agentes vidi; unus வெண்பா utitur, alter விருத்தம், tertius கலித்துறை, et omnes fere idem omnino praecipiunt Ibi, ut inferius videre est, satis inepte vana ac inutilia plura adstruunt, quae revera majoris notae poetae despiciunt, sed sciolorum gratia hic omittere non censui

§ 1

Prima Carminum Divisio.

57 In quatuor species veluti universales carmina dividunt, quas vocant முத்தகச்செய்யுள், குளகச்செய்யுள், தொகைநிலைச்செய்யுள், தொடர்நிலைச்செய்யுள் Hic செய்யுள் idem est, ac பாட்டு Ex his 1 முத்தகச்செய்யுள் dicitur, quod una stropha completur totum carmen, ut apud nos epigramma Exemplum வெண்பா:

ஞானமேநல்லமைச்சாயநாறநாணநாறப்பையாயத்
தானமவிருந்தாயத்தவமாஞ்ஞுயப்பானணியாயக்
காவலூர்நதாயக்கண்ணருட்குடைக்கீழக்கனிமையே
யாவலூாந்தாருமரசு

2 குளகச்செய்யுள் dicitur, quando nulla stropha per se sola, sed duae vel tres juncte habent sensum completum Exemplum:

1 கோதொழிமெய்மறைநகுன்றுங்கவெலாந்
நீதொழிதீரதநந்னைனயுஞ்சொபொதுப்
பாதொழிநாடென்பபவனமூன்றுமுப்
போதொழிவாழவுறும்புரமென்றணடுமம் -

2 ஆக்கமேபிணாபிலிறக்கினமாலையு
மூரசமேபுரியு புலநகிரதநீடு
நோக்கமேவேழமுநொடிப்பினயானையுந்
தாக்கமேலநாமுக்கினமுரசின்றணமையும்-

3 மீயரிக்துகிதகமீனவிரிபதாகைகயு
நோயரிநீக்கியினுனிக்தகோனமையுங
சாயரிகிணைநதபூவிணையகன்னியாங
தாயரிதீனறகோனறசாஙகமெனபவே -

In his tribus strophis solum post tertiam plene intelligi potest, quid dicat poeta, unde est குளகசசெய்யுள் 3 தொகைநிலைசசெய்யுள் dicitur compositum ex multis carminibus inter se nulla alia ratione conjunctis, quam ab auctore, quia unus est, sic திருவளளுவபயன ; vel ex unitate materiae, ut carmen dictum புறநானூறு Quare unitas materiae sumitur vel a loco, si omnia de uno loco dicta sint: sic களவழிநாறபது ; vel a tempore: sic காரநாறபது, vel ab officio: sic liber dictus ஐநதிணை 4 தொடாநிலைசசெய்யுள் dicitur, quando plura carmina inter se connexa veniunt, quod fit vel ratione materiae, uti இராமாயணம், சிநதாமணி, vel ratione analepsis, quando subsequens carmen incipit per vocem, qua desinit antecedens, et diximus hic No 15 esse அநதாதி Sic procedit கலமபகம

§ 2

De secunda ac multiplici Carminum Divisione

58 Hoc ultimum genus carminum தொட dictum quam plures admittit species, quas singillatim explicabo 1 காபபியம Haec vox stricte convenit omnibus et singulis carminibus Hinc தொலகாபபியனா, poeta antiquus et பரகாபபியனா, poeta exterus Attamen antonomastice காபபியம vocant speciem quandam, in qua disseritur de அறம், பொருள், இனபம், வீடு scil. de bono honesto, utili, delectabili et aeterno, ita tamen, ut non de omnibus simul, sed uno vel altero relicto de caeteris fuse loquantur Sic திருவளளுவன வீடு, i e. bono aeterno relicto, de aliis tribus fuse agit.

59 புராணம், carmen, in quo narrantur historiae, seu verius fabulae deorum, templorum, fluminum, montium. Celebres sunt பதினெண்புராணம்; omnes versu விருத்தம் dicto procedunt.

60 பெருங்காப்பியம் est apud Tamulenses praecipuum carmen, ut apud nos Heroicum. Pro quo requirunt 1. ut qui est in poemate principalis heros, sit primae notae vir et omni exceptione major. 2. Partes hujus poematis sunt சிறப்பாயிரம், scil. invocatio dei et materiae propositio; subinde descriptio montis seu montium, fluminum, maris, provinciae, civitatis, sex anni tempestatum, de quibus Parte Tertia No. 4 diximus. Describere ortum solis ac lunae, referre herois sui connubium, in regem assumptionem, eum adducere per sylvas et hortos amoene ludentem et in aquis festive laetantem. Ejus filiorum propago, ejus scientia, bella et victoriae, quae iniit consilia, quas misit seu recepit legationes, narrantur. Quae omnia promiscue venire possunt, prout exiget poematis ordo et aliquae etiam ex his partibus omitti possunt. 3. Haec omnia debent venire distincta per capita, quae vocantur படலம் vel சருக்கம் et இலம்பகம், cum hac distinctione, si, quod uno capite proponitur agendum, in eodem omnino compleatur; illud caput vocatur இலம்பகம். Sic procedit poema சிந்தாமணி dictum, in quo, cum ejus heros சீவகன் dictus octo ducat uxores, quodlibet connubium uno capite proponitur et conficitur. Si autem, quod poeta proponit, pluribus capitibus agat, quodlibet caput vocatur படலம் seu சருக்கம். Sic in poemate ராமாயணம் dicto connubium Ramanis incipit capite மிதிலைகாண்படலம் et non nisi post 13 capita conficitur, unde illa capita vocantur படலம். 4. Haec autem omnia ea arte et stylo disponi ac distribui debent, ut, qui legunt, ad amorem virtutis ac boni honesti, utilis, delectabilis et aeterni excitentur.

Haec praecipiunt antiqui Tamulici auctores Qua autem versus specie haec scribi debeant, non praecipiunt, sed quae vidi hujusmodi poemata, scripta sunt versu விருத்தம dicto Sic சிந்தாமணி, ராமாயணம, பாரதம, நைடதம, தேம்பாவணி Quidam poeta tamen புகழேந்தி dictus poema confecit versu வெண்பா dicto

61 பிள்ளைக்கவி vel பிள்ளைத்தமிழ் Hoc canitur ad laudem filiorum principum ac magnatum cum respectu ad aetatem trium mensium, 5, 7, 8, 11, 13, 15, 17, 19 et 21 mensium, potest etiam venire aetas quinque et septem annorum Decem requirit partes, ex quibus septem communes sunt pueris et puellis, tres ultimae pueris diversae ac puellis aliae veniunt. Quare 1 காபபு, quo numen precamur, ut puerum vel puellam cum parentibus ejus ac consanguineis a morte omnique alio infortunio incolumes servet 2 செங்கீரை, blanditiae, quibus pueris blitum rubrum ostendimus ad jocum 3 தால seu தாலாட்டு, cantus scil, quo infantibus conciliatur somnus 4 சப்பாணி, i e claudus, quo, scil cum pueris jocamur, quasi claudus sit, cum adhuc pedibus sistere ac firma ponere vestigia nequeat 5 முத்தம, quo ad oscula puer allicitur eumque tenerrime osculamur 6 வாரானை, quo scil jam vacillanti gressu incedere incipientem puerum blanditiis decussisque manibus, ut accedat, alliciendo vocamus 7 அம்புலி, i e luna, quae nocte pueris ostenditur, ut lacteo illius fulgore allecti gaudeant eamque, ut in sinum pueri adveniat, voce ac manu advocamus Haec omnia pueris ac puellis communia sunt Subinde pueris propria 8 சிறுபறை, parvum tympanum, scil quod circumfert ac pulsat 9 சிற்றில், arena ac luto eum domunculos construere 10 சிறுதேர், parvum circumducere currum Pro puellis autem 8 கழங்கு seu அடிசிலேஷம, i e நீமபுனலாடல, immergendo se aquis ludere. 9 அம

மானை, ludus, quo plures in aera pilas projiciunt, ita ut prae manibus semper duas habeant, caetera ascendant descendantque per aera nullaque humi decidat 10 ஊசல், ludus, quo e fune se librant Haec autem decem hujus carminis membra quaelibet ex strophis versus விருத்தம் dicti, quae sono சந்தம் diversae ad libitum sint, constare debent

62 கலம்பகம், i e miscellanea est carmen satis difficile ac proinde laudatum Hoc primo octodecim numerat membra seu partes scil 1 புயம், i e humeri, pro quo laudatur poematis heros a brachii fortitudine in bello etc Cum autem ego de Beatissima Virgine hujusmodi carmen canere voluerim, nec hoc modo fortitudinem in bello etc laudare in muliere conveniat, ejus sanctissimi Filii fortitudinem ac prodigia exposui, quod semper reddit in honorem Matris 2 கைக்கிளை, i e amor non reciprocus, quo ille a puellis amatur 3 தவம், ejus poenitens et aspera vita 4 காலம், tempus 5 வண்டு, scarabaeorum speciem anhelantium flores 6 அம்மானை, versu speciali modo connexo per aequivoca verba dicta repetere, quae sibi contradicere videantur, unde imitatur pilam, quae in ludo அம்மானை dicto it redditque, ascendit descenditque 7 காற்று, ventus et plerumque தென்றல், de quo loquuntur, ut de nostro Zephyro 8. பாணன், cum alloquuntur, ut de carminis heroe canat 9 குறம், quo inducunt hariolum குறவன் vel ejus uxorem குறத்தி, qui ad laudem herois sui futura praedicant 10 சித்திரங்கள், speciales ac diversae quaedam versuum elegantiae 11 குளிர், frigus 12 தழை, frondes. 13 சம்பிரதம், opus mirabile ut ejus, qui ex ferro vel cupro aurum et argentum se formare dictitat 14 மறம், quo inducuntur homines rustici ac bello fortes, ut மறவர் 15 தூது legatio, qua heros functus est vel quam ipse seu misit seu

accepit 16 ஊசல், ludus, quo se e fune penduli vibrantur 17. மதங்கு; puella, sedecim annorum ejus laudes canens vel eum ad amorem alliciens 18 மடக்கு, figura rhetorica, de qua dicemus parte sequenti No 12 Ut autem haec omnia bene intelligantur, auctorum exempla attente legenda sunt, ubi haec omnia suo nomine notantur Ad memoriae facilitatem regula sit:

அகவல.-. கலமபகத்துடபுயஙகைககிளைதவமே
காலமவண்டமமானைகாறறுபபாணன
குறஞசிததிரஙகளகுளிாதழைசமபிரத
மறநதூதூசலமதங்குமடகெனை.
விரவிமூவாறுவெணடுமுறுபபாம

Haec autem octodecim membra non hoc ordine, sed promiscue ad libitum scribentis venire possunt 2 Quoad versuum species primo loco venire debet ஒரு போகு seu மயங்கிசைக்கொச்சகக்கலிப்பா, de quo diximus hic No 37 in fine Post hoc venire debet primum வெண்பா, subinde primum கலித்துறை Post haec indiscriminatim ad libitum venire debent omnia versuum genera et eorum subalternae species de quibus primo diximus esse simul 17 — 3 Quaelibet stropha debet per se separatim posse consistere, connectuntur autem per அந்தாதி una scil stropha incipit per vocem vel saltem syllabam, qua desinit praecedens, et ultima desinit, unde incoepit prima; quo fit, ut una stropha evelli non possit, tanquam inter se connexis annulis torques Hinc fit, ut nunquam duae strophae eadem voce incipere possint 4. Mensura hujus carminis est, quoad coelestia, Deum scil sanctos etc centum strophae Quoad religiosos viros ac brachmanes 95; quoad reges 90, quoad primarios ejus ministros et excercitus generales 70, quoad mercatores tertiae tribus homines வணிகர் dictos 50; quoad caeteros 30

63 பரணி dictum carmen satis ineptis regulis procedit Si quidem 1 canitur ad honorem ejus tantum, qui mille in bello occidit inimicorum elephantes (qualis nullus inveniri poterit) 2 Ejus partes sunt a) கடவுள் வாழ்த்து Laudatio et invocatio Dei. b) கடைத்திறப்பு, ubi fingunt taberna clausas mulieres se deprecari, ut aperiant, ibique satis immodeste loquuntur c) பாலைநிலம் describitur hoc solum aridum, de quo Pars tertia No 15 d) Describunt templum deae காளி dictae, quae praecipuo cultu ibi colitur e) Introducunt hanc deam காளி cum suis diabolis colloquentem ac carminis heroem de eximia in bello fortitudine laudantem, gaudentibus omnibus, quod ejus manu innumerabilia decident cadavera, quibus opulente ipsi vesci possint f) Tandem hac occasione belli artes exponunt et ad proelia viriliter animos excitant g) Hoc carmen procedit strophia duorum versuum பஃறொடை dicta, qui versus inter se bini ac bini aequales sint et quatuor saltem pedes quilibet numeret, possunt autem venire 5, 6, 7 etc pedes

64 உலா dictum carmen valde usitatum 1 Heroem suum laudat a தசாங்கம், i e decem partibus, quae sunt: மலை, யாறு, நாடு, ஊர், மாலை, குதிரை, யானை, கொடி, முரசு, செங்கோல், quae partes singulae fuse magna laude axtolluntur 2 Tanquam alia septem membra addit; siquidem inducit eum super elephantem festive prodeuntem, quem admiratae laudant septem பருவபெண், i e septem aetatum mulieres 1 பேதை, septem annorum puella; 2 பெதும்பை, undecim annorum; 3 மங்கை, tredecim annorum; 4 மடந்தை, undeviginti annorum; 5 அரிவை, viginti quinque annorum; 6 தெரிவை, unius et triginta annorum, 7. tandem பேரிளம்பெண், quadraginta annorum mulier. 3. Haec omnia procedunt metro கலிவெண்பா dicto, de quo hic No 38 sine termino ac mensura

65 மடல் dictum carmen eodem ac உலா metro, eadem membra habet Differentia est, quod 1. puellae heroem videntes, erga eum nimio amore exardescunt 2. Quod hoc carmen integrum sub uno எதுகை venire debet, quae consonantia a nomine herois sumenda est

66 அங்கமாலை dictum carmen procedit metro vel கலிவெண்பா (hic No 38) vel metro வெளிவிருத்தம் (No 53) In hoc carmine laudanda sunt singula omnino membra corporis ejus, quem laudare volumus, unde sumpsit nomen ab அங்கம், membra corporis, quod si procedatur a calce ad caput, dicitur பாதாதி கேசம். Si e contra a capite ad pedem, கேசாதிபாதம், quia கேசம் sunt capilli capitis

67 சின்னப்பூ dicto carmine laudantur தசாங்கம், de quibus supra No 64, quod fit versu நேரிசை வெண்பா, de quo hic No 20 Possunt autem decem illae partes succincte per decem வெண்பா explicari, vel etiam diffuse exponi per வெண்பா 30, 50, 70, 90 et 100 ad libitum poetae

68 ஒருபாவொருபது, de quacumque re canere decem வெண்பா vel கலித்துறை vel ஆசிரியப்பா dicitur ஒருபாவொருபது.

69 இருபாவிருபது dicitur, quando canimus de quacunque re mixtim decem வெண்பா et decem அகவல், viginti scil strophas.

70. ஆற்றுப்படை, i e occursus in via ex ஆறு via et படை a படுகிறது Hoc carmen fit versu ஆசிரியப்பா dicto, fingendo ei, quem laudare volumus, occurrere poetas, cantores, saltatores et belligeros, vel omnes simul vel aliquos ex his, eumque laudibus attollere.

71. வருக்கமாலை constat octo அகவல், ex quibus singuli incipiant per unam ex literis initialibus, quae vocantur வருக்க எழுத்து, scil அ cum caeteris vocalibus க, ச, த, ந, ப, ம, வ; praeterea ஞ et ய possunt quidem esse initiales, sed cum raro sic incipiant voces Tamulicae, hic rejiciuntur Adverte, quod per க etc intelligitur கா, கி, கீ, கு etc. et sic de caeteris

72 Sub nomine மாலை triplex carmen venit Omnia pluribus versibus நேரிசையாசிரியப்பா vel அகவல் dictis (hic No 26). Quare 1 si alicujus militum turmas, பரி, கரி, தேர், பதாதி, equos, elephantes, currus et pedites laudemus, est தானைமாலை 2 Si laudemus animum ac artem, qua quis hostes invadit et proeliatur, est வஞ்சிமாலை, 3 Tandem, si eodem pariter modo laudemus partam de conflicto hoste victoriam, dicitur வாகைமாலை.

73 Si versu வஞ்சி dicto, de quo No 41 laudentur nobiles mulieres, est புகழ்ச்சிமாலை Si eodem modo viros eodemque metro, dicitur நாமமாலை

74 செருக்களவஞ்சி, quia செருக்களம் est campus pugnae, sic vocatur carmen, quod per plures versus வஞ்சி dictos, pugnam describit

75 வரலாற்றுவஞ்சி est carmen, quo versu வஞ்சி dicto quatuor bona: honestum, utile, delectabile et aeternum, quae அறம், பொருள், இன்பம், வீடு dicuntur, adquirendi viam describit; ex வரல a வருகிறது et ஆறு via

76 நான்மணிமாலை Sic vocatur carmen constans ex quadraginta ஆசிரியவிருத்தம், qui versus procedit per கழிநெடிலடி. (hic No 53)

77. விருத்தகாமவிலக்கணம் In hoc carmine ejus, quem laudare volumus, extollere debemus குடை, ஊர், நாடு, செங்கோல், பரி, கரி, வில், வாள், வேல், i e umbrellam, qua protegit subditos, urbem, provinciam, sceptrum, equum, elephantem, arcum, ensem et jaculum: novem membra, ex quibus unumquodque seorsim per decem ac decem ஆசிரியவிருத்தம் exponendum est et proprium nomen praefigendum. Sic குடைவிருத்தம், ஊர்விருத்தம் etc.

78. அட்டமங்கலம் Hoc carmen procedit versu ஆசிரியவிருத்தம் et petit, ut in singulis precemur deum, ut incolumem servet, bonis augeat ac dignitate extollat eum, quem laudare volumus Si autem veniant versus octo, dicitur அட்டமங்கலம், si novem, நவமணிமாலை

79 பலசந்தமாலை constat centum ஆசிரியவிருத்தம், de quacunque re ad libitum, ita ut singulis decem mutetur சந்தம் seu sonus. Vide No 52

80 ஊசல் Pro numero consanguineorum ejus, quem laudamus, canere in eorum laudem versus ஆசிரியவிருத்தம் vel கலித்தாழிசை, ibique elegans erit அராகம் seu வண்ணம், de quo hic No 31.

81 கோவை constat 400 versuum கலித்துறை et agitur de அகப்பொருள், de quo vide Pars Tertia No. 1

82 இரட்டைமாலை constat decem வெண்பா, subinde decem கலித்துறை, de quacunque re ad libitum

83. மணிமாலை constat viginti வெண்பா et quadraginta கலித்துறை, promiscue junctis, de quacunque re ad libitum.

84 பணமணிமாலை constat partibus, quas habet கலம்பகம் (hic No. 62), omissis tamen ஒருபோகு, அம்மானை et ஊசல். Veniunt autem versibus வெண்பா, அகவல், கலித்துறை ad numerum centum vérsuum, qui அந்தாதி, ut ibi diximus, procedunt

85. மும்மணிக்கோவை, connexione அந்தாதி dicta, constat triginta versibus hoc ordine. அகவல், வெண்பா, கலித்துறை; quod si, variato tantum hoc ordine, veniant வெண்பா, கலித்துறை, அகவல், est மும்மணிமாலை

86 இணைமணிமாலை constat centum versibus, qui sint வெண்பா, கலித்துறை, ஆசிரியப்பா, ஆசிரியவிருத்தம், et hoc ordine veniant usque ad finem Si autem non ita permixti, sed quini ac quini iidem versus veniant, dicitur அலங்காரபஞ்சகம்

87. Tandem ad libitum nomen carminum instituì potest, vel a qualitate versus, ut வெண்பாமாலை, ஆசிரியமாலை, vel a materia, de qua agitur Sic qui agit de sex anni temporibus, liber instituit பருவமாலை Qui de primo exercitus agmine, கொடிப்படை seu கார dicto, librum nominavit காரகமாலை Sic carmen, in quo laudatur beatissima Virgo a luna, quam pedibus calcat, dicitur தாளகமாலை etc Vel tandem a numero versuum ; sic liber, ubi veniunt quadraginta bona, quae acquiramus et quadraginta mala, quae vitemus, dicitur இனியநாற்பது, இன்னாநாற்பது Hoc modo ex qualibet alia causa carmen nominare possumus

88. Nihil adhuc dixi de வண்ணம் nec de சிந்து, quia in Tamulica poesi inter carmina non numerantur Ut tamen hujus temporis versificatoribus inserviam, utrumque paucis exponam Ac 1, வண்ணம் est carmen constans octo partibus கலை dictis Ex his prima, tertia, quinta, septima debent venire sub uno

எதுகை. Secunda autem, quarta sexta, octava debent correspondere sibi praecedenti per மோனை Quaelibet ex his partibus tria numerant membra omnino aequalia, modo quo diximus hic No. 54 de சந்தவிருத்தம். Hic tamen ne ultima quidem syllaba cujuslibet partis variari potest, quod servatur in octo omnino partibus, quae omnes non solum respectu sui ipsius, sed etiam respectu unius ad alias debent esse sic omnino aequales Si quidem prima pars cum sexta, septima cum octava, sunt veluti quatuor versus unius strophae, unde inter se habere debent eandem omnino correspondentiam Quaelibet ex his partibus incedit duplici ac triplici gradu, quod constans est in omnibus Post quamlibet partem venit quaedam veluti cadentia, quae brevis esse debet trium vel quatuor pedum Octo autem istae cadentiae debent inter se convenire per எதுகை et மோனை, ut ante dictum est de octo partibus; எதுகை tamen postest esse ab eis diversum Praeterea hae cadentiae ita compactae esse debent, ut etiam separatae ab eo carmine et seorsim inter se unitae notionem porfectam habeant. Tandem ex dictis octo partibus in prima venit invocatio cum divina laude ; in secunda laudatur regnum, provincia et civitas ejus, quem laudare intendimus; in tertia ejusdem laudes ac gesta narramus In quarta venit ejus nomen et parentum ac consanguineorum laudes In quinta autem, sexta, septima et octava loquuntur de mulieribus respectu ad eum, quem laudant Ubi ethnici plerumque impudenti venere foedantur et mulierum pudorem omnino conculcant, quasi ipsae, viso eo viro, insano amore captae mentem ac verecundiam seposuerint Vide exempla, quae passim exstant

89 சிந்து, quod non பாட்டு. sed காவடிப்பாட்டு dicunt quarta scil. pars carminis. Habet 1, intercalare

பல்லவம் dictum valde breve Subinde அனுபல்லவம், quasi additum intercalari et est pars, respectu sequentis, parva. Sequuntur tres partes majores inter se omnino aequales, quae etiam plures esse possunt et பதம் vocantur Post அனுபல்லவம் et post quodlibet பதம் repetitur பல்லவம் ; et ea sic ordinata esse debent, ut quaelibet cum intercalari conveniat sensu Quodlibet பதம் plerumque habet quatuor veluti versus, aliquando etiam plures, in quibus fere semper venit இயைபு seu consonantia in fine, ut in nostro versu vulgari Praeterea plerumque பல்லவம் cum அனுபல்லவம் correspondet per எதுகை vel per மோனை Pariter tria பதம், vel veniunt sub uno எதுகை, vel, et frequentius, quodlibet பதம் cum suis quatuor versibus habet speciale எதுகை De hac autem cantillena verificatur, quod dicunt; வாய்க்கிசைந்தது பாட்டுக்கிசையும், i e quod ori consonat, consonat et metro, unde ad regulam aurium metiuntur, nec poeticas, sed harmonicas leges in hoc carmine sequuntur, quod propterea poetae omnino despiciunt

90 அம்மானை pariter inter carmina non numerant, nec de eo regulas tradunt, quia nimio triviali procedit sermone ac vulgari conceptu, nec figuris, descriptionibus, digressionibus alioque ornatu decoratur Inservit ad narrandas deorum ac heroum vitas ac vulgo proponendas Constat quatuor pedum versibus ac pedes fere semper sunt வெண்சீர் ; possunt aliquando venire இயற்சீர் Consonantiam வெண்டளை dictam constanter observant in quolibet versu, non autem ab uno versu ad alium Siquidem licet unus versus desinat per காய், potest subsequens incipere etiam per நிரை ex இயற்சீர். Raro ac vix veniunt கருவிளம், கூவிளம். Praeterea versus bini ac bini veniunt sub uno எதுகை et sic usque ad finem proceditur. Potest tamen அம்மானை dividi per capita et

singuli praeferre 3, 1, 4 விருத்தம், quibus argumentum proponatur eorum, quae eo capite agenda sunt Hujus exempla passim inveniri possunt

§ 3

De Regulis omni Carminum Generi communibus: ac 1. De Consonantia primae vocis.

91 Hic plura referam, quae certe exsucca et inepta omnino sunt Sed meum est hic non antiquos Tamulenses arguere et emendare, sed eorum praecepta, qualiacunque sint, hac clavi aperire ac studiosis exponere Quare hic referam 10 consonantias, quas in prima voce, qua carmen incipit, requirunt, easque communi nomine முதன்மொழிப்பொருத்தம் vocant Sunt autem hae decem மங்கலம், சொல், எழுத்து, தானம், பால், உணவு, சாதி, நாள், கதி, கணம், quas seorsim explicabo.

92 மங்கலப்பொருத்தம். Omne carmen incipit a கடவுள்வாழ்த்து, scil a laude et invocatione dei, quae etiam மங்கலம் dicitur, eaque debet incipere per unam ex sequentibus 24 vocibus, seu earum synonimis, quas hic referam ordine alphabeti Tamulici: அமுது, அலர், ஆரணம், எழுத்து, கங்கை, கடல், கரி, கார், சீர், சூரியன், சொல், திங்கள், திரு, தேர், நிலம், நீர், பரி, பார், புகழ், புயல், பொன், மணி, மலை, வயல் Ad subsidium memoriae hoc uno விருத்தம் dabo

கார்கடல்கரிபரிகங்கையாரணந்
சீர்புகழ்பொன்றிருதிங்கள்சூரியன்
நீர்வயல்மணிபுயல்நிலம்சொல்பார்மலை
தேரெழுத்தமுதலாசேருமங்கலம்.

Haec autem verba seu eorum synonima venire possunt, sic pro கார் dici potest முகில், மழை, குயின், செல், கனம், மஞ்சு, மேகம். Sic கம்பன் incipit ராமாயணம்:

உலகம் யாவையுந் தாமுள வாக்கலும், ubi உலகம் est idem ac பார திருவள்ளுவன் incipit: அகரமுதலவெழுத்தெல்லா மாதி, ubi அகரம் servit pro எழுத்து et sic de caeteris Insuper non est necesse, ut hujus modi vox sit physice prima, sed tantum, ut ita dicam, moraliter, licet antecedant adjectiva et alia ipsi adjacentia Sic நன்னூல் incipit: மலர்தலையுலகம் id est அகன்ற உலகம் Sic சிந்தாமணி: மூவாமுதலாவுலகமொருமூன்றும். Sic காரிகை, ubi de poesi incipit கந்தமடிவிறக்டிமலர், id est: பரிமளமலர், quo non obstante உலகம் et மலர் considerantur ut prima vox

93 சொற்பொருத்தம் Haec consonantia requirit, ut, licet veniat una ex ante dictis vocibus, prima vox non sit nec adeo obscura, ut et doctis lateat, nec ita aequivoca, ut dubium causet, nec tandem in fine primi pedis ex concursu sequentis fiat obscura mutatio Sic நீர்க்கடறவழுலகு reprobatur ex mutatione in fine primi pedis ex கடல் in கடற Bene tamen inciperem dicendo, நீரமலிக்கடறவழ, quia mutatio jam est in secundo pede Sic சீரரிமருவுந் திருநிழற சோலை reprobatur, quia hic அரி dubium est, an sit சிங்கம் vel வண்டு vel பன்றி vel குரங்கு, quia haec omnia vocantur அரி et in silvis et arboretis discurrunt Bene tamen inciperem: பூவரிதுடைத்திற பொழிற்தேன பொழில, quia tunc அரி jam contrahitur ad significandum வண்டு, cum hoc tantum sit illud அரி, quod flores rodet

94. எழுத்துப்பொருத்தம் Hic praecipitur, ut primus pes, quo incipit carmen, numeret syllabas inaequales 3, 5, 7 et dicitur வயநிலை ; non autem pares 2, 4, 6, quod dicitur சமநிலை Attamen சிந்தாமணி auctor, qui certe Tamulensium poetarum princeps dici potest, incipit மூவா et ars poetica காரிகை incipit கந்தம per duas syllabas

95 தானப்பொருத்தம். Hic தானம் est locus; quinque autem தானம் assignant vocalibus, vel veniant per se, vel unitae consonanti, hoc ordine; 1. அ, ஆ 2. இ, ஈ, ஐ. 3 உ, ஊ, ஔ 4. எ, ஏ. 5 ஒ, ஓ. Subinde quinque assignant voces hoc ordine: பாலன், குமரன், இராசன், மூப்பு, மரணம் Ut autem hanc consonantiam observent, sumunt primam vocalem nominis proprii ejus, quem in eo carmine laudare intendunt, et ab hac in ordine vocalium incipiunt numerare பாலன், குமரன், etc et si quando ordine pervenitur ad vocalem, per quam incipit carmen, veniat eo ordine vel பாலன vel குமரன vel இராசன், optimum dicunt Si autem veniat மூப்பு vel மரணம், reprobant Sic in carmine, ubi laudabitur v g சிபுலன. Si carmen incipiat per மொனைகமலா et cum incipiendo a secundo தானம், ubi est இ, numerando பாலன், குமரன் ad quintum தானம், ubi est ஒ, veniat மூப்பு, inde reprobaretur Quare கம்பன laudat இராமன் et prima vox carminis est உலகம், unde numerando ab இ. பாலன், in உ venit குமரன் Sic சிந்தாமணி, ubi heros est சீவகன et prima vox மூவா, eodem modo venit குமரன Sic in poemate தேம்பாவணி dicto heros est வளன் et prima vox சீரிய et numerando ab அ ad ஈ venit குமரன Pari modo si ibi sumatur உலகம், quae vox proprie ibi est மங்கலசசொல், numerando ab அ ad உ venit இராசன

96 பாற்பொருத்தம் Hic பால sumitur pro genere, uti dictum est P II, Nr 7. Dicunt autem literas breves esse ஆண்பால generis masculini, et longas பெண்பால generis feminini Consonantes vero et ஆய்தம், quae in initio vocis venire nequeunt, dicunt esse அலி i e eunuchos Alii dicunt vocales esse generis masculini et syllabas, i. e. vocales cum consonantibus unitas, esse generis feminini Dicunt autem, ubi vir laudatur, incipiendum per lite-

ram generis masculini et feminam laudandam incipiendo per literam generis feminini Non imputandum tamen errori, si haec conditio despiciatur

97. உணுபபொருத்தம. Ex his literis aliquot dicunt esse அமுது, i e ambrosia, et sunt vocales அ, அ, உ, எ et consonantes க, ச, த, ந, ப, ம, வ Alias dicunt esse நஞுசு, venenum, scil, syllabas யா, யோ, ரா, ரோ, லா, லோ et consonantes ய, ர, ல Item duo genera அளபெடை et மகரககுறுககம et ஆயதம Illis propterea, non his uti debemus in primo pede carminis et ubi laudamus தசாஙகம, de quo hic No 64 et 67

98 வருணபபொருததம Hic வருணம est சாதி. Assignant autem vocales omnes, et ex consonantibus க, ங, ச, ஞ, ட, ண primae சாதி, i e Brachmanibus ; த, ந, ப, ம, ய, ர secundae சாதி i. e regibus, ல, வ, ற, ன tertiae சாதி, i e mercatoribus et tandem ழ, ள quartae சாதி, caeteris சூககிரா dictis, quo ordine licet uti etiam literis, ந, ஞ, சு dictis Sic pro regibus ரா, ரோ et pro mercatoribus லா, லோ

99. நாட்பொருததம Hic nomine நாள veniunt 27 constellationes, quas Indi superstitiose in cursu lunae observant Hic autem illas 27 constellationes dividunt literis omnibus hoc modo Vocalibus அ, ஆ, இ, ஈ dant காறதிகை ; உ, ஊ, எ, ஏ, ஐ — பூராடம ; ஒ, ஓ, ஔ — உததிராடம Ex consonantibus vero க, கா, கி, கீ — திருவோணம ; கு, கூ — திருவாதிரை ; கெ, கே, கை — புனர்பூசம ; கொ, கோ, கௌ — பூசம ; ச, சா, சி, சீ — இரேபதி , சு, சூ, செ, சே, சை — அசுவதி ; சொ, சோ, சௌ — பரணி; ஞ, ஞா, ஞே, ஞோ — அவுட்டம்; த, தா — சோதி; தி, தீ, து, தூ, தெ, தே, தை — விசாகம; தொ, தோ, தௌ

— சதையம் ; ந, நா, நி, நீ, நு, நூ — அனுடம் ; நெ, நே, நை — கேடடை ; நொ, நோ, நௌ — பூரடடாதி; ப, பா, பி, பீ — உததிரம் ; பு, பூ — அததம ; பெ, பே, பை, பொ, போ, பௌ — சிததிரை ; ம, மா, மி, மீ, மு, மூ — மகம ; மெ, மே, மை — ஆயிலியம ; மொ, மோ, மௌ — பூரம ; யா — உத்திரடடாதி ; யு, யோ — மூலம் ; — வ, வா, வி, வீ — உரோகணி ; வெ, வே, வை, வௌ — மிருகசிரிடம். His positis videndum, quac constellatio conveniat prunae syllabae nominis proprii illius, quem in toto poemate laudamus Subinde videre, quaenam constellatio conveniat primae syllabae vocis மஙகலசசொல dictae, quam in initio carminis assumpsimus, et proprio constellationum ordine அசுவதி, பரணி, காறதிகை, quae suo ordine in vocabulario veniunt, numerare a constellatione nominis ad constellationem vocis pro மஙகலசசொல assumptae Si e novem nihil supersit, unde sint novem vel duodeviginti vel viginti septem, est convenientia constellationis ; si autem, rejectis 9, supersint 2, 4, 6, 8, pariter convenit; non, si supersint 1, 3, 5, 7 Exemplo constabit regula Nomen proprium ejus, qui laudatur in ராமாயணம est இராமன ; cujus primae literae இ convenit constellatio காறததிகை Item மஙகலசசொல ibi est: உலகம et literae உ convenit constellatio பூராடம், numerando autem suo ordine a காறதிகை ad பூராடம invenio constellationes 18 ; erga habetur requisita convenientia Sic தேமபாவணி heros est வளன Cujus primae syllabae வ convenit உரோகணி et மஙகலசசொல est உலகம Cujus primae literae உ convenit பூராடம et numerando ab உ ரோகணி ad பூராடம habeo constellationes 17, ex quibus rejectis novem remanent 8, quod est quaesita convenientia et sic de caeteris

100 கதிப்பொருததம. Quatuor கதி agnoscunt: deorum, தேவாகதி; hominum, மககடகதி; animalium,

விலங்கின்கதி; inferorum, நரகர்கதி. Alludunt ad errorem Pythagorae de transmigratione animorum, quarum aliae dii efficiuntur, alii iterum in homines formantur, aliae fiunt bruta, aves etc, aliae ad inferos deturbantur, et hujusmodi metamorphosim vocant கதி, quare literas omnes in quatuor classes dividunt, quarum singulas singulis கதி attribuunt Sic அ, இ, உ, எ, க, ச, ட, த, ப, novem, தேவாகதி; ஆ, ஈ, ஊ, ஏ, ங, ஞ, ண, ந, ம, novem, மக்கட்கதி; ஒ, ஓ, ய, ர, ல, ழ, ற, septem, விலங்கினகதி; ஐ, ஔ, வ, ள, quatuor, நரககதி. Primae autem voci carminis conveniunt primae et secundae classes, nullatenus duae ultimae

101 கணப்பொருத்தம் Hic கணம், Grandonice idem est, ac Tamulice சீர், i e pedes versus, de quibus hic No. 3. Si autem primus pes poematis sit ter நேர் - தேமாங்காய - vocant இந்திரகணம், si tres நிரை - கருவிளங்கனி - est நிலக்கணம; si நிரை, நேர், நேர - புளிமாங்காய - est சந்திரகணம; si நேர், நிரை, நிரை - கூவிளங்கனி - dicitur நீர்க்கணம Hac quatuor autem classes approbantur Praeterea si sit நிரை, நிரை, நேர - கருவிளங்காய - dicitur அந்தரகணம, si நேர், நிரை, நேர - கூவிளங்காய, est சூரியகணம; si நேர், நேர், நிரை - தேமாங்கனி - est வாயுகணம, si tandem sit நிரை, நேர், நிரை - புளிமாங்கனி, dicitur தீக்கணம. Hac autem quatuor classes reprobantur Dicunt enim superstitiose, quod அந்தரகணம vitam diminuit, சூரியகணம animi fortitudinem emollit, வாயுககணம opes destruit, et தீக்கணம infirmitates adducit Quae omnia quam spernenda sint, patet Praeterea haec regula est juxta Sanscritanas leges, Tamulenses enim plerumque sua incipiunt carmina per இயற்சீர், qui omnes duo tantum அசை admittunt

§ 4

Appendix pro quocunque Carminum Genere

102 Magis autem jocosa, inepta ac nulli prorsus rationi innixa sunt, quae sequuntur Quatuor praecipua sunt versuum genera: வெண்பா, ஆசிரியப்பா, கலிப்பா, வஞ்சிப்பா. Quintum enim மருட்பா distincte non consideratur, quia ex primo et secundo genero compositum Cuilibet autem ex his quatuor generibus sex proprietates assignant ; scilicet : சாதி, நிலம், நிறம், நட்சத்திரம், இராசி, கிரகம். Quare 1 வெண்பா - சாதி: Brachmen ; நிலம் - முல்லை; நிறம் - albus; constellationes 7 - கார்த்திகை, உரோகணி, மிருகசீரிடம், திருவாதிரை, புனர்பூசம், பூசம், ஆயிலியம்; signa Zodiaci இராசி 3 - cancer, scorpio, pisces; planetae, கிரகம் - luna, Jupiter 2 ஆசிரியப்பா: சாதி - அரசர்சாதி; ager - குறிஞ்சிநிலம்; நிறம் - கருதிநிறம் (ruber) ; constellationes 7 - மகம், பூரம், உத்திரம், அத்தம், சித்திரை, சோதி, விசாகம்; signa Zodiaci இராசி - aries, leo, arcitenens; planetae: Sol et Mars 3. கலிப்பா, tribus வணிகர் சாதி; ager - மருத நிலம்; color - பொன்னிறம் (flavus); constellationes - அனுடம், கேட்டை, மூலம், பூராடம், உத்திராடம், திருவோணம்; signa Zodiaci - gemini, libra, amphora , planetae - Mercurius et Saturnus 4 வஞ்சிப்பா: Tribus - சூத்திரசாதி; ager: நெய்தனிலம்; color - நீல நிறம்; constellationes - அவிட்டம், சதயம், பூரட்டாதி - உத்திரட்டாதி, இரேவதி, அசுபதி, பரணி; signa Zodiaci - taurus, virgo, caper; planetae - Venus, caput et cauda scorpionis, quae uno nomine: பாம்பு vocant

103. Tandem species poetarum distingunt : ஆசு, மதுரம், சித்திரம், வித்தாரம் Ex his, 1, ஆசு, qui, ab alio datis materia, versus, specie, figura etc , ex improviso versus concinant ad libitum alterius. 2. மது

ரம், dicitur ille, cujus conceptus sublimis et voces propriae et elegantes, connexio versuum consona ac dulcis, tropi et figurae aptae ac continuae, sonus ac toni suaves sunt. Exemplum கவித்துறை:

> கந்தாரமபாடிககளித்தவண்டாடியகாமுறுமபூஞ்
> சந்தாரநாறியகாவனலலூரிடைதாஙகியவான்
> இந்தாரமபூண்டதிருமெலலடிதொழுவெவ்வுயிரும
> வந்தாரககாண்பலோவானலங்கொண்டாரனவயகமே.

3 சித்திரம Ita proprie ac minute aliquid describere, ut, quae auribus percipimus, oculis ipsis videre, ac non carmen audire, sed சித்திரம. i e. picturam aspicere videmur. Hoc dicitur சித்திரககவி Sic in poemate நெஷதம் dicto describitur cygnus dormiens Sic விருததம:

> விழைவுறுபுலவியினமெலிநதோர்தாளினின்
> றெழிழிகளபொன்னிறபெருக்தங்கோடடுபு
> தழைவுறுசிறகரான்மூடிக்தண்ணரு
> வழிமலாசசேககையினனனநஞசுமால.

Praeterea கோமூததிரி, aliacque 20 versuum species மிறைககவி dictae, de quibus in fine troporum pauca dicam, aliquibus சித்திரககவி vocantur ; sed vix ullius sunt momenti et verius puerorum jocus dicendae, quam சித்திரககவி Tandem vide Parte sequenti figuram Rhetorices சிததிரம dictam No 57 4, விததாரம dicuntur carmina, quae fusius extenduntur, ut quae supra diximus காபபியம, பரணி, உலா, மடல, கோவை. Ex haec de Tamulensium poesi dicta sufficiant.

FINIS PARTIS QUARTAE.

PARS QUINTA.

அணி SEU அலங்காரம். — DE TROPIS AC FIGURIS RHETORICAE.

1 De tropis ac figuris extat liber தண்டியலங்காரம dictus, satis ingenioso, sed nimis recondito sermone conscriptus Fateor tamen, me nonnulla addidisse et in pluribus ordinem mutasse, quod claritati magis conferre censui In duo capita dividam hanc partem : 1 de figuris verborum sen tropis, சொல்லணி dictis, 2. de sententiarum figuris, quae பொருளணி vocantur.

CAPUT I.

DE TROPIS SEU சொல்லணி

2 சொல்லணி dicunt ipsi non solum rigorose tropos seu verborum figuras, sed etiam figuras omnes, quae uno constant verbo, ut infra videbimus. In quatuor autem classes tropos dividunt: 1 qui fiunt per translationem sensus - மறிநிலையணி - 2 qui per augmentum - மிக்கணி - 3 qui per diminutionem - எஞ்சணி - 5 qui per similitudinem - ஒப்பணி. De singulis seorsim loquar

§ 1.

மறிநிலையணி.

3 மறிநிலை est transmutatio, translatio; quod fit 1 transferendo qualitates ac proprietates unius rei ad aliam et dicitur குணமறிநிலை vel பண்புமறிநிலையலங்காரம்: est autem nostra metaphora Sic pro முல்லை மலர்நகன dicere முல்லை நகைத்தன, quia முல்லை est symbolum dentium Sic pro குவளை மலர்வன - குவளை விழிப்பன, quia குவளை est symbolum Sic சினந்தீற்ற காய்ந்தான, அருடுஞ்சுமார்பன, இருடுஞ்சுகூந்தல, ஒளிக் கையாலிருளைத்துடைத்தபகலோன் In his omnibus qualitates ac proprietates unius rei ad aliam translata sunt per similitudinem, unde vocatur பண்புமறிநிலை, vel etiam சமாதி 2 Quando sumitur pars pro toto vel totum pro parte, dicitur முதனமறிநிலை: nostra scil. synecdoche, Sic பூநிழற்சோலை, ubi umbra, quae est ab arbore, tribuitur flori ejus scil. parti. Sic நறும்பொழில, ubi odorem emittere tribuitur toti arboreto, cum proprium sit florum, qui sunt ejus partes. 3. காரணமறிநிலை, nostra metonymia, quando scilicet ponitur causa pro effectu vel e contra. Sic ஒளிசெய முழங்கால, ubi ஒளி, effectus, sumitur pro sole, ejus causa. Sic ஏர் juga boum pro - terram arare - et நீர் pro eam irrigare; causa pro effectu Sic திருவள்ளுவர் குறள்: ஏரினுநன்றாலெருவிடுதல்கட்டபின்னீரினுநன்றதன்காப்பு. 4. குறிப்புமறிநிலை, nostra metalepsis, quando intendimus significare aliud ab eo, quod verba prae se ferunt. Sic ut dicam: sex menses, dico ஆறுதிங்கள், pro sex annis ஆறுபயிர், ut, apud Virgilium: Post aliquot mea regna videns mirabor aristas Sic poeta quidam, ut eum venisse ad occasum solis dicat, habet.

கஞ்சமேசினந்தெனக்கமழ்ந்தவடைப்பவும்
பஞ்சிறைக்கிளியொடும்பறவையார்த்கொடுங்கவும்
பிரிம்பக்கன்றுணர்பேற்றபவந்தேங்கவும்
விரிந்திலைத்தோளிணைவிரும்பிவந்தெய்தினன்.

5 ஒழுக்கமறிநிலையலங்காரம், nostra hyperbole, quando incredibilia dicimus et contra communem morem aliquid exaggeramus Sic முகிற்கை, அயிற்கண், வரைத்தோள் Sic satis audacter dixit in தேம்பாவணி, ubi adducit plorantem:

கொழுஞ்சுனைவரம்பிலவைகிக்கிளைத்தநோய்முன்றநெஞ்சாம்
அழுஞ்சினைபெருக்குங்கண்ணீர்கலக்கடல்வெள்ளமாறு.

Et கம்பன் de Racxadi Taraguei prochante contra ராமன் sic:

சொலவின்மாத்திரையிற்கடலூப்பதோர்
கலவினமாரியைகைவகுத்தாளது,

in qno satis nimii et audaces sunt Tamulenses poetae

4. Hic placet referre, quod ipsi பொருள்கோள் vocant et sunt octo, de quibus in fine agit liber நன்னூல Licet enim in uno vel altero non interveniat மறிநிலை, i e translatio vel mutatio, in aliis habetur Quare 1. யாற்றுப்புனற்பொருள்கோள், quasi unda fluvii; quia sicut in flumine nunquam undae retrocedunt nec una in aliam convertitur, sic quando ita disposita est stropha, ut quilibet versus completum habeat sensum, nec inter se respectum habeant, vocatur யாற்றுப்புனல், qui modus revera nullam admittit mutationem seu translationem Exemplum:

வில்லைப்பாவின்னீர்கலந்துவிற்றலுங்குற்றம
மல்லைப்பாரைப்பேணைப்பறுத்தலுங்குற்றம
நில்லைப்பாரைத்தூக்கிசெழுகிழுத்தலுங்குற்றம்
சொல்லைப்பாலகுற்றமேயாம.

5 மொழிமாற்றுப்பொருள்கோள். Quando intra unum strophae versum ita mutatur ac perturbatur ordo vocum, ut contrarium significare videantur et ad veram notionem voces transferendae sunt. Exemplum வெண்பா:

களையாடக்கெண்டைகயத்தாடமஞ்ஞை
சுரையாழவம்மிமிதப்ப வரையனைய
யானைக்குநீத்துமுயற்குநிலையென்ப
கானகநாடன்சுனை

Dicendum erat களையாடமஞ்ஞை - கயத்தாடக்கெண்டை et sic de caeteris

6. நிரனிறைப்பொருள்கோள் Quando plura nomina vel verba coacervantur, deinde vel eodem ordine vel ordine opposito addantur, quae iis conveniunt scil incipiendo a primo ad ultimum vel ab ultimo ad primum Exemplum:

நீருவரிபொன்னவரைகாரோநோவெல்லுமென்கோமான்
கூருணர்வுதிண்டோள்கொடை

Ubi propositis tribus similitudinibus, in fine eodem ordine veniunt, quae iis assimilantur Econtra:

காவிறைமீனும்பவளமுமுல்லைபூத்தெழுந்த
வோர்கொடியைக்கண்டேனுளத்துவப்போபதுமமை
சாய்ந்துநுசுப்பாடத்தானசுமக்குமபலவாயக்கண
ணேந்துநுதல்குழலேயென்று

Hinc inverso ordine ab ultima similitudine incipendo நுசுப்புக்குக்கொடி பல்லுக்குமுல்லை வாய்க்குப்பவளங்கண் ணுக்குமீனநுதற்குப்பிறைகுழற்குக்கா correspondet

7 பூட்டுவிற்பொருள்கோள், quando more arcus duo extrema in unum fune colligantur; sic in versu vel stropha primam et ultimam vocem ita disponamus, ut nisi translate illae duae voces uniantur, explicari versus non possit. Exemplum வெண்பா.

திறந்திடுமின்மீன்முடியுஞ்செங்கதிரோன்றன்சூட
டிறந்திடுவில்லாடைமொழியுஞ்சிறந்திடுமின
றணைஞரமாயமதியந்தாங்கடியுமபூணடாளேக
கணைஞரககாணககதவு

Ubi ad notionem versus transferenda est ultima vox ad primam Sic *கதவுதிறந்திடுமின.*

8 *தாப்பிசைபபொருள்கோள்*, quando vox, quae in medio strophae est, transferenda sit in principium et finem ejusdem. Exemplum:

நோயிடுமெனறஞ்சிறுதலவெறாநீயவையே
நோயிலதாஞ்செயயாதகால

Ibi *நீயவைசெயயாதகால.*

9. *அளைமறிப்பாபபுப்பொருள்கோள்*, quando ultima vox strophae pluribus in locis subintelligenda est. Exemplum - *சிநதாமணிவிருததம*

தாழந்தவுணர்வினராயததாஞுடைநதுதண்டேன்
விகதளாவாாதாமுஞ
சூழந்தவினையாககைசுடவிளிநதுநீநரகிறசுழல
வாாதாமு
மூழந்தபிணிநலியமுன்செயதவினைமொன்றே
முனிவார்தாம
வாழந்தபொழுதின்னேவாளெயதுநெறிமுன்னி
முயலாதாரே.

Ibi *முயலாதார்* transferri et subintelligi debet ad quamlibet partem hujus strophae. Haec figura vocatur etiam *தீவகம*. quod apud nos Zeugma Quod si vox, quae sic transfertur, veniat in principio, est *முதனிலைததீவகம*; si in medio, *இடைநிலைததீவகம*; sitandem in fine, *கடைநிலைததீவகம.*

10 *கொண்டுகூட்டுப்பொருள்கோள்.* Quod de *மொழிமாறறு* No. 5. diximus, fieri intra terminum unius

versus, si fiat in duobus vel pluribus, ita ut vox ab uno versu ad aliud transferenda sit, ut significationem habeat, vocatur கொண்டுகூட்டு Sic:

ஆலினமேற்பாயுங்குவளைகுளத்தலரும
வாலினெடியகுரங்கு

Hic குரங்கு ex secundo versu ad primum transfertur et fit ஆலினமேற்பாயுங்குரங்கு.

11. அடிமறிமாற்றுப்பொருள்கோள் fit 1 quando non una vox, ut supra, sed unus integer அடி seu strophae versus huc illuc ad intelligentiam transferendus est Sic வெண்பா:

கற்றக்கழிநூலுங்கைக்கூடாருற்றிறக்கும
உற்றபொருளுமொழிந்தகலு, நற்சுருதி
யோதலும்போயப்பெற்றவொளிநீத்திசழுவாகுங
காதலுளத்தூன்றற்கால.

Ubi hic ultimus versus transferendus est ad caeteros omnes. 2 Fit, quando unius strophae versus ita dispositi sunt, ut, licet inter se ordine quomodocunque varientur, nec sensus nec sonus metri permutentur De hoc diximus, ubi de அடிமறி மண்டிலவாசிரியப்பா P IV No 28 Hic afferam exemplum in versu கலிவிருத்தம:

மீனேதவழுவிலவிரிமாமுடியாள
பானேயுடையாயபணிவிசுடலாள
பானோமகியமபணிபூவடியாள
தானேரிலவானறலமாளரசாள.

Quomodocunque ordine varientur isti quatuor versus, semper idem eodemque sono significant.

§ 2.

சொன்மிக்கணி.

